inter arbitros locum habere volumus.Oportet etiaz iudices ab
ipſo principio litis vſque ad finem:et maxime in diffinitiua ſen-
tentia:habere ante ſe propoſita ſacroſancta Euangelia:quia ve
lut deum pro hominibus in omnibus cauſſis iudicem creden-
dum eſt.

Principium litis eſt:litis conteſtatio.Lis autem conte-
ſtata videtur:cum vtraque parte preſente
vnus proponit:alius aũt cõtradicit.De quo infra ſuo loco latius
Hec autem conteſtatione actiones que temporales erant ⁊que in
heredem tranſire nõ poterant.queque fere preſcriptione excluſe
erant:⁊ in heredem tranſeunt:⁊ perpetue efficiuntur.Nec hec vl-
la niſi.xl.annorum preſcriptione poſt litis conteſtationem exclu-
duntur.Hoc idẽ facit precũ porrectio:Epiſcopalis commonitio ⁊
quedam alia.Lite autẽ cõteſtata:res in cõtrouerſiam deducitur.
¶Cõtrouerſia vero triplex eſt:Aut facti:aut nominis:aut iuris.Fa
cti controuerſia eſt:cuz de facto queritur vt feciſti hoc:Non feci.
Hec autem a Rhetoribus coniecturalis dicitur.Iuris:cum de fa-
cto conſtat:de iure vero dubitatur.Hec etiam generalem conſti-
tutionem includit.
¶Nominis autem controuerſia eſt queſtio:cum de facto ⁊ de iure fa
cti conſtat.Sed de eius facti nomine dubitatur:vt ſi quis ſacrum
ſurripuerit ex priuato:et vnus ſacrigelium eſſe dicat:alter furtũ
contendat.Hinc naſcit̃ cõſtitutio diffinitiua.Si facti eſt queſtio.
ei incumbat probatio qui dicit:non qui negat:factũ enim negan-
tis naturali iure nulla probatio eſt.Si vero iuris queſtio ſit:qui
negat ius probare debet:niſi generalis ꝓhibitio ei obſit.Si vero
nominis eſt queſtio:qui aliquod emolumentũ cõſequi vult ex no
mine:probare debet.Item conſiderandum generaliter:quod qui
agit vel accuſat:probare debet.Ait enim lex:Qui accuſare vo-
lunt:probationes habere debent.Et paulopoſt:Actore non pro-
bante:qui conuenitur ⁊ ſi nihil ipſe preſtiterit:obtineat.
¶Item res alienas poſſidens licet nullã cauſſam poſſidẽdi habeat
tamen non niſi implenti intentionem ſuã reſtituere cogitur.Nõ
autem ſolũ qui ab initio agit probare debet:ſed etiam Reus ſi ex
cipiat probare debet.Reus enim in exceptione actor eſt.
¶Probantur vero queſtiones:ſi quidem facti ſunt:teſtibus/inſtru-
mentis/fama/preſumptionibus/indicijs.De quibus latius infra
ſuo loco.
¶In teſtium probatione conſiderandum:quod vbi numerus non
adijcitur:etiaz duo ſufficiunt.Vox autem vnius teſtis nullo mo
do ad probationem eſt idonea:ad preſumptionem tamen facien-
dam poteſt admitti.Nullus etiaz teſtis iudex eſſe poteſt.Nullus
duas perſonas in eodẽ iudicio nec cauſſas habere poteſt.Itẽ om
nis teſtis iuratus teſtimoniũ dicet.Et anteq̃ ad dicendũ teſtimo

nium accedat:ſeparetur : ⁊ vtrum vera ⁊ concordantia teſtimo-
nio alterius teſtis dicat:diſcutiatur. Qđ ſi ſimplices teſtes ſint ⁊
diſcordent:honeſtioribus credendum eſt. A reliquis autem ſi vi-
les perſone ſint:per tormēta veritas extorquenda eſt. Inſtrumē-
tis queſtio probatur:vt cum ſcriptum aliquod ad probādum fa-
ctum quod in queſtione eſt : adducitur. Hoc tamen tale eſſe de-
bet: vt ſi tabellarij publici conſcriptionem non habeat teſtimo-
nium ſacramento firmetur. Sin vero ⁊ teſtes ⁊ tabellarius mor-
tui ſint:dubitatio autem emergat : vtrum tabellarius ſcripſerit:
tribus publicis inſtrumētis:de quib⁹ dubium non ſit:dato ſacra
mento comparatis:comparatio literarum fiat. Cum autem que
ſtio iuris eſt:ſemper per ius ſcriptum:⁊ per equitatem: vel per ſi-
mile probari debet. Sin vero equitas iuri ſcripto cōtraria videa
tur:ſecundum ipſam iudicandum eſt. Ait enim lex : Placuit in
omnibus rebus iuſtitie equitatiſque precipuā eſſe: quam ſtricti
iuris rationem. Huic tamen nonnihil contrariari videtur lex po
ſita in primo lib. de leg. ⁊ conſtitu. Inter equitatē: iuſqꝫ interpre-
tationem nominis ſolum ⁊ oportet ⁊ licet inſpicere. Cum autem
nominis eſt queſtio:per diffinitionem vel ſcriptam legem proba-
ri oportet.

¶ Criminalis eſt que per accuſationē ⁊ inſcriptionem proponitur.
De qua nonnihil ſupradictum : Uerum latior tractatus in fine
huius operis dabitur.

☞ ¶ Regule generales de iudicio.

Prima. Inſtantia Iudicij termino prorogata non perit per
lapſum illius termini. Innititur regula tribus ra-
tionibus. Prima : quia iuriſdictio ipſa eſt perpetua. Secunda:
quia ⁊ reſcripta ꝑpetua ſunt. leg. ij. C. de diuer. reſcrip. Ergo vir-
tute perpetuitatis eorum agi poteſt:non obſtante lapſu tēporis.
Tertia ne quis ex malitia prorogās:videatur inde cōmodum re-
portare vnde foret puniendus. Elicitur hec regula ex. c. venera-
bilis epiſcopi. de iudi. Et ex gloſ. ſuper verbo non obſtante. Eſt
autem hec regula aduerſ. l. properandum. C. de iudi. in primo re-
ſpon. ⁊ §. vltimo.

¶ Secunda:in iudicijs non eſt acceptio perſonarū habenda. extra
de reg. iu. c. in iudicio. lib. vj. Iudicet ergo iudex magnum vt par
uum:diuitem vt pauperem. In arbitrijs tñ non obſtante regula:
vtile eſt habere iudicem gratioſum ⁊ fauorabilem. c. conſuluit.
extra de offic. deleg. ff. de arb. le. vj. cum dies. §. ſi quis ex litiga-
toribus. l. j. C. quomodo ⁊ quando iudex.

¶ Tertia. Iudicium vel iuſtum vel iniuſtū nequaquā vēdere licet.
xj. q. iij. c. non licet. ⁊ extra de vita ⁊ hon. cleri. c. cum ab omni.

¶ Quarta. Iudicium dicitur bifariā ceptum. Primo:per litis conte
ſtationem:⁊ hoc quidem proprie:vt in autentica de litigio. §. Si
vero apud. colum. viij. ⁊ glo. c. de iudic. l. in verbo iudicio cepto.



Secundo ⁊ improprie per ſimplicem citationem. l. ſi quis in alie-
na. ff. deinde. ⁊ c. propoſuiſti. extra de foro competen.

¶ Et hec pro prima ꝑte opuſculi huius generaliter de iudicijs ſuf-
ficiant:ampliora ⁊ pleniora in ſecunda ⁊ ſequēti parte tradūtur.

¶ Uiſa priore parte:quid iudiciū ⁊ quotuplex ⁊ his q̃ conſideranda
in eo putaui:explicatis de eius duplici ordine nunc videamus.

¶ Iudicij preparatio.

¶ Non minus conſulte quaꝫ recte a iudiciorum preparatorijs Spe
culator ille noſter Guilielmus Durādus:aurei ſui illius ſpeculi:
nō vitrei:nō manu mortali facti:ſed imortali ingenio cōflati ſint
librū auſpicat⁹ eſt. quē ⁊ ego imitaturus ⁊ poſt optimi ⁊ ſagaciſ
ſimi meſſoris terga ſpicelegiū meū confacturus:⁊ huius mei qua
lis qualis lucubraciuncule in meam vtilitatem ac amicorum ſcri
pte:alteram partem a preparatorijs ipſis exordiar. Nam et ad
huiuſmodi preparatoria a iure inducie conceduntur:que prepa
ratorie nuncupātur. iij. queſtione. iij. c. inducijs. v. qōne. ij. c. ſi pri-
mates. ⁊ nos infra. de dilationibus. xij. Cōſiderantur autem hic
preparatoria circa duo:vt infra.

¶ Preparatoria tam conſiderantur circa partes:quam circa iudi-
cem. Circa partes: vt. ſ. is qui agere vel accuſare intendit:cōſulat
amicos:⁊ deliberet an expediat agere. iij. q. iij. c. de inducijs. et
quidem conſulat peritos. l. ſi anima. C. de inge. ma. ⁊ diſtinguet
quia vel vult quis accuſare vel denuntiare:vel agere ciuiliter vel
criminaliter accuſare aliquem de aliquo crimine:⁊ bene facit: vt
eum prius charitatiue ⁊ familiariter moneat vt ſe emendet. cap.
ij. extra de accuſatio. non tamen ad hoc de neceſſitate tenetur de
nuntiare vt fratrem ſuū corrigat propter peccatū:hinc precedere
debet charitatiua monitio:vt. c. ſup his. ⁊ c. qualiter. ij. extra de
accu. ⁊ c. licet heli. extra de ſymo. quod ſi ſic monitus non reſi-
piſcat : tunc demum iudici eum denunciet. Agere ciuiliter pro
fundo:pecunia:vel ſeruitute:tunc antequam illum in cauſam vo
cet ab eo id ter exigat. ij. q. vij. cap. ſi quis erga. xvj. queſtio. vij.
c. omnes decime. C. de pigno. l. debitores. Uerum ſi quis in te pec
cat ſimpliciter : eum iuxta regulam euangelicam premoneas et
corripias. Matthei. vij. Luce. xvij. ij. Corint. xvij. ⁊ extra de iudi.
c. nouit.

¶ Circa iudiceꝫ:quia agitur coram eo:vel criminaliter:vel ciuiliter.
Criminaliter: ⁊ tūc iudex debet examinare perſonā accuſatoris:
qua intentione moueatur:cuius ſit opinionis:qua confidentia.
Si ex inuidia vel odio:vel pro cupiditate:vel ex charitate accu-
ſat. ij. q. vij. c. ſi qui ſunt. Item in cauſſa iniuriaruꝫ:iudex ſemper
laboret ad componēdum partes. Uide hic Spe. latius Ciuiliter:
⁊ iudex tendere debet ad compoſitionem:extra de inuti peti. c. j.
⁊ de tranſ. c. ſi. ff. de vſufru. l. equiſſimum. C. de iudi. aut. ſi vero. vi
de latius Spe. lib. ij. par. j. titu. de preparatorijs.

¶ In ſumma conſultiſſimum eſt Chriſtiano vt otium negotio pre-
ponat:⁊ ad cōponendū pronior ſit:qꝫ ad cōtendendū. ix. diſt. per

totum de tranſactio.c.fi. ⁊ hoc propter tres cauſſas ſequentes.

¶ Tres cauſe a lite retractorie.

¶ Prima propter euangelici conſilij obſeruationem Matthei.5.vbi Chriſtus dicit: Si quis voluerit tunicā tuam tollere: ⁊ tecum in iudicio contendere: dimitte ei ⁊ pallium. Et.j.Corinthio.vj.Apoſtolus: Si ſecularia iudicia habueritis: peccatum eſt in vobis: ⁊ vos contemptibiles facietis.

¶ Secūda: quia cogitur actor litem proſequi aduerſario inſtante. hinc fit vt inducie deliberatorie ſibi non concedantur: quandoquidem ad hoc debuit ſe primo preparaſſe.iij.q.iij.c.inducie.

¶ Tertia: quia litis euentus eſt dubius.ff.de pecul.l. quod debetur. Agere igitur volenti multa perſpicienda ſunt ⁊ incombunt: vt hic ſequitur.

¶ Quatuor actoris officia.

¶ Primum: vt cum amicis: quorum in neceſſitatis articulo pauci reperiuntur: conſulat: deliberet: an ſibi agere expediat vel non: vt ſ. diximus.

¶ Secundum: videat num probare poſſit quod intendit.ij.q.viij.c. ſciat.ff.de proba.ei qui.

¶ Tertium preparet teſtes ⁊ aduocatos: vt predicto.c.de inducijs: ⁊ caueat ne decipiatur teſtium vel aduocatorū fallaci promiſſione.vt.j.q.iij.c.pauium.extra de elec.c. ſtatuim⁹ in fi.lib.vj. vide hic latius Spe.o lib.j.ij.par.j.in prin. §.bene eſt.

¶ Quartum: vt premoneat prius charitatiue eum contra quē intendit agere: vt.d.l.debitores.C.de pigno.vt ſupra latius diximus.

¶ Actionis propoſitio.

¶ Viſo quid ſit iudiciū: ⁊ eius partibus in genere: ⁊ quantū hic ſufficit: explicatis: ⁊ ſubinde iudiciorum preparatorijs declaratis: reſtat certe vt de actione videamus.

¶ Actio itaqꝫ nihil aliud eſt: quam ius perſequēdi in iudicio: quod ſibi debet: ⁊ ſubintellige vel deberi ſperatur: ⁊ non ſolū ſibi: ſed ei cuius noīe agit: ſicut ſi pcurator vel tutor agat. Singulas huius diffinitionis particulas.glo. bene declarat inſti. de actio.§.j.

¶ In actione autem ſex ſummopere ſunt inſpiciēda. Ex qua ſcilicet cauſa naſcatur. Ex quo iure proficiſcatur. Cui cōpetat. Aduerſus quem. Quid in ea veniat. Et iudicis officium in ea naſci. Cuius rei hanc accipe tabulā demōſtratoriam ex ordine particulatim declarandam.

¶ In actione ſex inſpiciēda: ſcilicet. Ex qua cauſſa naſcātur. Siquidem vel ex Obligatione: ⁊ perſonalis dicitur: vel rei detētione: ⁊ realis dicitur. Ex quo iure proficiſcatur: nempe ex iure ciuili vel pretorio: hinc alie dicūtur ciuiles alie pretorie. Ciuiles alia de vniuerſitate: alia de re ſpeciali. Pretorie: alie in rem: alie in perſonam. Cui competat. Aduerſus quem. Quid in ea veniat: Iudicis officium ex ea naſci.

¶ Actio ex qua cauſa naſcatur.



¶ Naſcuntur omnes actiones aut ex obligatione: ⁊ perſonales vocant. Obligatio autem quibus modis cōtrahitur: hic preſupponitur: vide inſti.de oblig. Eſt autem perſonalis actio: quam quis intentat contra alium ad aliqd dandū vel reſtituendum vel faciendū: tāquā obligatū ex cōtractu vel quaſi: ex maleficio vel quaſi: vel etiā ex varijs figuris cauſſarū in.§.actionū.inſti.de actio.

¶ Aut rei detentione: cum perſona quidem nullo iure obligata eſt: mouetur tamē ei propter rem aliquā controuerſia: quā poſſidet: pro qua agitur: vt in.l.actionū genera.ff.de actio. Et hec in rem actiones vocantur. Et ſunt duplices: corporalium ſcilicet rerū ⁊ incorporalium. Corporalium rerū: vt cum res corporalis petitur ſiue pro re corporali agit: vt pro fundo: domo ⁊c. Incorporaliū: vt ſunt iura: ſeruitutes. Et p huiuſmodi ſeruitutib⁹ dantur due actiones: cōfeſſoria ſcilicet ⁊ negatoria. Confeſſoria eſt: que competit ei qui dicit ſe habere ius vel ſeruitutē eundi vel agendi vel altius edes tollendi. Negatiua que cōpetit ei qui aliquem non habere ius: vel ſeruitutē ad aliquid quod facere volebat alter: ⁊ ipſum per hanc actionē phibet: ſcilicet nō eundi per fundū meū: non altius tollendi edes: non officiendi luminib⁹. Sunt autem ſeruitutes de quibus dantur he due actiones duplices: ſcilicet perſonales ⁊ prediales. Perſonales ſunt: vſufructus: vſus habitatio: ⁊ miniſteriū ſeruorū. Prediales: que iterum duplices ſunt ruſtice ſcilicet ⁊ vrbane. Ruſtice: vt iter: via: actus: aqueductus. Urbani: vt altius tollendi. Tignum immittendi: proijciendi: protegendi: proſpectus. De quibus vide ſuis titu.inſti.ff.⁊.C.

¶ Actio pficiſcit ex iure Ciuili ⁊ Pretorio. Ex ciuili: ⁊ ciuiles appellantur. Sunt autem que ex quinque iuris illis ſpeciebus: ſcilicet legibus: Senatuſconſul. Plebiſci. prudentiū reſpon. deſcendunt ⁊ ſunt duplices.ſ.in pſonā ⁊ i rē. In pſonā vt pſonales: de qb⁹ hic ſupra paucula. In rē reales. Et harū alie ſunt vel de vniuerſitate vel de re ſpāli. De vniuerſitate ⁊ harū alie pdite ſunt vel ad petēdū: vel ad diuidēdū. Ad petendū prodita eſt petitio hereditatis: q̄ cōpetit heredi ad impetrandā hereditatē. Ad diuidendū prodita eſt famil. erciſcun. Actio pro diuidenda hereditate. De re ſpeciali. Et alie etiam vel ad petendū alie ad diuidendum. Ad petendum prodita eſt vendicatio: que domino competit: ad rem ſuā petendā. Ad diuidendū pro re particulari Actio cōmuni diuidūdo. competit eis qui rem aliquā cōmunem habent. Item in Rem Ciuilis eſt fi.regun. que datur eis qui confines agros poſſident ad fines diſtinguendos. Ex Pretorio: pretorie ſunt que ex equitate pretoris introducte ſunt. Et harum etiam alie ſunt vel in Rem vel in perſonam. In Rem veluti Publiciana: que datur bone fidei poſſeſſori. Seruiana: qua experitur quis de rebus coloni que tacito pignoris iure pro penſionibus fundi domino obligate ſunt. Quaſi Seruiana: qua creditor pro re ſibi pignorata experitur. Inter pignus autem ⁊ hypothecam nihil aliud intereſt: niſi qd̄ pignus ſine traditione fieri non poteſt. hypotheca

poteſt. In perſonam veluti de conſtituta pecunia: que datur contra eum qui pro te vel pro alio ſe conſtituit ſoluturum: ⁊ ex nudo pacto oritur. De peculio: ⁊ competit ei qui cum filiofami. vel cum ſeruo peculium habentibus contraxit. In factum de iureiurando: vt ſi quis iurauit aduerſario deferente in iudicio: datur ei ex ſacramento actio. Et ſunt dicte tres non penales. In corrūpentem Edictum pretoris in albo: vel poſitum ſuſtuliſſet: ⁊ eſt in 50. aureos. In vocantem patrem in ius ſine venia: vel patronum cum id non impetraſſet: ⁊ eſt ſimilis pena. In vi eximētem in ius vocatum. In factum de calūniatoribus. Actio quod metus cauſa: furti manifeſti: ſerui corrupti. De effuſis eiectis ⁊ appenſis. et ſunt he omnes penales: de quibus vide gloſ. inſtitu. de actionibus. in verbo innumerabiles. §. penales. ⁊ Specu. de actio. lib. ij. parte prima.

¶ Actiones etiam in rem de ſeruitutibus prediorum vrbanorum et ruſticorū ex ciuilibus cauſſis deſcēdunt. De q̄bus nōnihil infra.

¶ Actio cui competat.

¶ Si quidem actio ex contractu eſt: ei competit qui cōtraxit vel heredi eius. Sin vero ex maleficio: ei qui maleficium paſſus eſt vel heredi eius. Excepta iniuriarum actione: ⁊ ſi qua alia ſimilis inueniatur. Hec enim neqꝫ heredi neqꝫ in heredem datur. Quod ſi in rem ſit actio: ei competit: qui ius in ea re que petitur habere noſcitur: ⁊ heredi eius niſi perſone ius coarctaretur: vt vſuſfructus: vſus habitatio.

¶ Aduerſus quem competat Actio.

¶ Siquidem ex contractu eſt: aduerſus eum qui cōtraxit ⁊ eius heredem: niſi ſit depoſitum: ex quo lis creſcit infitiando: vt ſi quid tumultus: incendij ruine aut naufragij cauſſa depoſitum ſit. Tū enim in ipſum in duplum: in heredem: in ſimplum iudicium datur. Sin vero ex maleficio: aduerſus eum qui maleficiuꝫ fecit: vel eius heredem poſt litis cōteſtationem. Si vero in rem ſit: aduerſus eum competit qui poſſidet: vel qui dolo fecit: quominus poſſideret. Dolus enim pro poſſeſſore habetur: vt etiam eius heres teneatur.

¶ Quid in actione veniat.

¶ Siquidem ex contractu: videndum eſt vtruꝫ talis contractus vel quaſi contractus ſit: vnde mutue naſcunt̄ obligationes: vt ſunt mandatum/commodatum/depoſitum/pignus/tutele/negotiorū geſtorum. Ex his omnibus predictis duplices naſcuntur actiones: vna directa: altera cōtraria. Directa eſt actio: que datur domino rei veluti: mandanti/commodanti/debitori/ pupillo/ ei cuius negotia geſta ſunt. Contraria ea: que datur ei qui rem geſſerit: vt mandatario: Commodatario: depoſitario Tutori Negotiorum geſtori. ⁊ in his quidem directis actionibus venit res que in conuentione poſita eſt: vt preſtet vel vt reſtituat. Item dolus ⁊ lata culpa ſolummodo in quibuſdam vt in depoſito ⁊ precario. In quibuſdam dolus ⁊ omnis culpa ⁊ diligentia: vt in contractu



tractu pignoris mandati: tutele: negotiorum geſtorum. In alijs etiam exacta diligentia: vt in commodato. In contrario iudicio venit hoc: quod impenſum eſt: vt in vendite iudicio pretium venit. In empti autem res venditi. Et ſi quid deliquid dolo vel culpa veniunt acceſſiones. Item in locati Actione venit merces et delictum ⁊ cuſtodia diligens: venit etiam ipſa res que locata eſt: in conducti iudicio venit: ſi quid impendit: ſi quid deliquit.

¶ Et Notanduꝫ quod predicte actiones ad id quod intereſt ſpectāt vt ſi quis hoc quod in natura actionis eſt preſtet cuꝫ ſuis acceſſionibus reus abſoluatur. Sin autē ad id quod intereſt reus cōdemnetur.

¶ Et notandum: quod omnes predicte actiones bone fidei ſunt. Item bone fidei eſt ex ſtipulatu: que competit mulieri ad requirendam dotem. Item preſcriptis verbis que competit de eſtimato: vt ea que venit ex permutatione.

¶ Et hoc ſciendum generaliter: quod in omnibus bone fidei iudicijs: non ſolum res que in petitione vel conuentione ſit: ſed omnes perſonales preſtationes. Item acceſſiones. Iteꝫ quicquid alterum alteri ex bono ⁊ equo preſtare conuenit: in alijs aut. in ex contractu vel quaſi. Item conditione certi: que deſcendit ex mutuo et ex ſtipulatu: preter quam in ſupradicto caſu: et in debiti cōdictione: in preſcriptis verbis actione ex alijs cauſſis: preter ſupradictas competente: quia ſtricti iuris ſunt: res ipſe que tantum in conuentione poſite ſunt: vel per errorem ſolute veniunt. Poſt litis autem conteſtationem etiam acceſſiones veniunt. In his autem actionibus que naſcuntur ex maleficio: vel quaſi maleficio: in quibuſdam venit ſimplum: in quibuſdam duplum: in alijs triplū in alijs quadruplum. Simplū venit vt in actiōe legis Aquil. item de dolo malo ⁊ poſt annum in bonorum raptorum.

¶ Duplum in actione furti non manifeſti. Serui corrupti: depoſiti ex tumultu: incendio: ruina: naufragio: ſi inficiatur.

¶ Triplum veluti cum quis maiorem ſummam in libello conuentionis inſeruit. vt ſi viatores maiores ſportulas a reo exigerent.

¶ Quadruplum conſequitur quis actione furti manifeſti vi bonorum raptorum. Item de calumnia ⁊ multis alijs caſibus. Ultra quadruplum nulla actio prodita eſt.

¶ Per actionem vero in rem conſequitur quis ipſas res in quas intendit: ⁊ in alijs quidem venit res ipſa que petitur: in quibuſdaꝫ tantum ius in re: in quibuſdam ſola poſſeſſio.

¶ Res ipſa venit in actione iure ſpeciali: que vendicatio vocatur. Ueniunt etiam partus: ⁊ fetus: ⁊ fructus actionis: ⁊ ea varie ſecundum qualitateꝫ poſſeſſorum. Sin bone fidei ſunt poſſeſſores: de conſumptis non tenentur. Malefidei vero poſſeſſor omnem rationem reddat.

¶ In petitione autem hereditatis: que competit heredi ſolum contra euꝫ qui poſſidet: pro herede vel pro poſſeſſore: non ſolum veniunt res que fuere defuncti: ſed etiam commodate: ⁊ depoſite ⁊

¶ Hec de actionibꝰ obiter hoc in loco dixiſſe ſufficiat. Uerum cum quaſcunque defunctus poſſedit quoquo iuſto modo tēpore mortis: que non autem perſonales fuerant vt vſufructus.

¶ Item in famil. erciſcunde: ⁊ communi diuidundo res ipſe veniūt: non ad hoc vt reſtituantur: ſicut in ſupradictis: ſed etiam vt diuidantur: veniunt etiam perſonales preſtationes: vnde ⁊ in perſonam vendicantur.

¶ In finium regundorum iudicio res veniunt non ad hoc vt reſtituantur vel diuidant̄: ſed vt earum menſura exigatur. Jus in re conſequitur quis actione in rez de vſufructu: vſu ⁊ habitatione.

¶ Item de ſeruitutibus vrbanorum et ruſticorum prediorum: que dantur tam ex parte perentis: quam poſſidentis: cum nullo alio iuris articulo poſſidenti actio ſit prodita: poſſeſſionem conſequitur quis ⁊ ſeruiana.

¶ Per actionem vero ad exhibendum: neq; rem quis conſequitur: neque ius in re: ſed tantum vt oſtēdatur: vt poſtea vel vendicare vel alio modo petere poſſimus. Qua quidē actiōe poteſt agere is: cuius intereſt: vt exhibeatur: ex aliqua probabili cauſſa.

¶ Item ſciendum eſt: quod quedam ſunt rei perſecutorie tantum: quedam pene tantum: quedam tam pene quam rei: que mixte vocantur.

¶ Rei perſecutorie ſunt omnes actiones in rem. Item in perſonam omnes: que ex cōtractu vel quaſi cōtractu naſcuntur. Per actionem depoſiti que competit nomine eius: quod tumultus: incendij: ruine naufragij cauſſa: depoſitum eſt contra inficiantem.

¶ Ex maleficio vero quedam pene tantum ſunt perſecutorie quedam rei tantum: quedam mixte.

¶ Penam tantum conſequitur quis actione furti iniuriarum: quod metus cauſſa intra annuz. Item de eo quod ſuſpenſum poſitumve eſt: quod vulgo iter facientibus: nocere poſſit.

¶ Penam vero ⁊ rem conſequitur quis actione vi bonorum raptorum: damni: iniurie: ⁊ alijs multis modis. Rem tantuz conſequimur: vt actione furtiua.

## ¶ Judicis officium ex Actione.

¶ Officium vero iudicis: eſt: quod venit in vnaquaque actione ex equitate. Item compenſationes admittere preterquam in actionibus in rem: cum de ipſa re controuerſia eſt. Item in bone fidei iudicijs: ſi pecunia eſt: ex mora in vſuras cōdemnare: nonnūquaz ipſum petentem ad eſtimationem rei que petitur cum iureiurando admittere. Et generaliter quicquid alterum alteri debere ex bono ⁊ equo inuenerit: in id debet eum condemnare.

## ¶ De Actionibus.

¶ Item ſciendum eſt de actionibus: quod non ſolum conuenimur quandoq; ex noſtro contractu: vel eius cui ſucceſſimus: ſed ex alieno: ⁊ ex contractu eorum quos in poteſtate noſtra habemus: id eſt: filiorum vel ſeruorum. Sed ita demum quis ob eorum cōtractum contra nos agere poterit: ſi aut iuſſu noſtro contractū



eſt: aut in rem noſtrā verſum eſt: aut ſi eos taberne: vel negotiationi prepoſuimus: aut ſi eos nauis magiſtros fecerimus. Aut ſi ſcierimus ſeruum noſtrū in peculiari merce negotiari. Actione quidem iuſſu agitur: cum iuſſu noſtro aliquod negotiū cum his quos in poteſtate habemus: geſtum eſt. Et hac actione Actor ſolidum conſequitur.

¶ De in rem verſa actione agitur: cum quod geſtum eſt cum predictis perſonis in rem noſtram verſum eſt: veluti ſi ſeruo meo Petrutius mutuo dederit: ⁊ ſeruꝰ omne id vel partem in meam vtilitatem verterit. Et hoc iudicio id ſolum quod in rem meaz probauit: actor conſequitur.

¶ Inſtitoria agit: qui cum ſeruo eo vel filio contraxit: quem taberne vel negotiationi alicui prepoſueramus: eius rei gratia cui prepoſitus fuerat tenebimur.

¶ Exercitoria competit contra exercitorē: qui magiſtrum naui prepoſuit.

¶ Tributoria agit omnes: qui cum his quos in poteſtate habemꝰ: cōtraxit: modo nos eos in peculiari merce negotiari ſcierimus alioqui de peculio duntaxat tenebimur.

¶ Peculium autem eſt patrimonium perſone in poteſtate conſtitute. Quod ſi quis autem contra decretum ampliſſimi ordinis mutuam pecuniam filiofamilias dederit: creditor quidem ad petendam nullam actionē habebit. Hec autem de peculio actione tantum conſequitur quātum in peculio eſt: deducto eo quod patri dominove debetur. Quod ſi nihil ſit in peculio hec actione nihil cōſequitur. In illa autem actione que tributoria vocatur: ex contractu filij vel ſerui dat̄: vbi ſcientibus nobis in merce peculiari negotiatur: non deducitur id quod patri dominove debetur. Sed in tributum. ij. vocantur: equalem cum reliquis creditoribꝰ conditionem hi qui eos in poteſtate habent: obtinent. Ex maleficio autem filiorum familias in parentes nulla datur actio: ſed ipſi ſuo nomine cōueniuntur. Ex ſeruorū vero dant̄ actiones in dominos: que noxales appellātur. Eſt autem noxia nihil aliud: quam corpus ipſum quod nocuit. Noxa vero ipſum maleficium vocatur: etiam quandoq; ipſum maleficium noxa. Hoc autem iudicio ita dominus damnatur: vt vel ipſum maleficium: veluti furtum/ rapinam/ damnum iniuria datum emēdet: ac ſi liber homo feciſſet: vel ipſuz ſeruum noxe dedat. Idem intelligendū: ſi quod animal: vt aſinus/ equus/ mulus/ canis pauperiem faciat. Eſt autē pauperies dānū ſine iniuria facientis datū. Hec autem locū habet: ſi contra naturā aliquo feruore: vel feritate dānū datū ſit. Nec ēm poteſt animal iniuriam feciſſe dici quod ſenſu caret. Hec aūt toties tenenda ſunt: quoties nec ſeruus domini iuſſu vel voluntate damnum dederit: nec aliquod animal alicuius inſtigatu pauperiem fecerit: alioqui enim directe: dominus ſuo nomine tenebitur. Et is cuius inſtigatu damnum factum eſt: inſolidum emendare cogetur.

⁊ interdictũ adeo cum actione pretoriana conueniat: vt altero alterius ſepe loco vtamur: ⁊ ipſe Specu. noſter in.ij.libro.part.x.titu.de nominibus actio. Interdicta ipſa actionibꝰ ſubuertat atque loco illorum cuiuſlibet ſubrogatam eſſe actionem in factum dicat: de ipſis ⁊ hoc loco aliqua obiter: ⁊ quantum hic ſatis erit tractabimus.

☞ ¶De interdictis.

¶Sunt autem interdicta forme atque cõceptiones verborum: quibus pretor aut iubet aut prohibet aliquid fieri. Interdictorum alia exhibitoria alia prohibitoria: alia reſtitutoria ſunt.

¶Exhibitoria ſunt que competũt de libero homine vel liberis exhibendis. Prohibitoria ſunt vt interdictum per quod pretor vim fieri prohibet: ſine vitio poſſidentis. Item ne quid fiat in loco ſacro vel religioſo: quo ius loci ledatur. Item ne quid fiat in flumine publico vel eius ripa.

¶Reſtitutoria ſunt: vt interdictum: quod competit ei: qui vide poſſeſſione deiectus eſt: quam nec vi nec clam: nec precario ab aduerſario poſſidebat. Item interdictorũ alia ſunt cõparata cauſa adipiſcẽde poſſeſſionis: alia retinende: alia recuperãde. Cauſſa adipiſcende poſſeſſionis interdicta: ſunt compara: quorũ bono. quod competit eis qui iure pretorio heredes exiſtunt. Ad petendam hereditatem. Item quorum legatorum: quod competit legatarijs ad legatariorum poſſeſſionẽ adipiſcendã. Item Carbonianum interdictũ: cauſa adipiſcende poſſeſſionis introductum eſt: quod competit puero ad res hereditarias poſſidendas: quouſq; decernatur an filius defuncti ſit. Quod toties locum habet: quoties de partu dubitatur.

¶Retinende poſſeſſiõis cauſſa comparata ſunt interdicta: vti poſſidetis: ⁊ vtrobiq; dantur ei qui ſe poſſidere cõtendit: per qđ inquiritur quis maiore parte huius anni: nec vi: nec clam: nec precario alter ab altero poſſederit. Hodie tñ ille vincit qui tempore litis conteſtate detinet.

¶Recuperande poſſeſſionis cauſſa comparatum eſt interdictum vnde vi: quod cõpetit ei qui de poſſeſſione vi expulſus eſt atq; eiectus intra annum vtilem. Utilis autem annus eſt: intra quem copia agendi eſt. Interdictũ aũt vnde vi: proponitur: per quod is qui deiecit: cogitur ei reſtituere poſſeſſum. Licet is ab eo qui vi deiecit: vi: vel clam vel precario poſſideat. Et aduertẽdum: quod tam interdicta: quam omnes actiones pretorie: ſi in rem ſunt perpetue ſunt. Si in perſonam: anno terminantur.

¶Dicte vero actiones vel interdicta: tum demum locum habent: ſi non vel ipſo iure ſublate ſunt vel preſcriptione remoueantur: vel exceptione elidantur.

¶Et hec de actionibus ⁊ earundem nominibus: ⁊ de interdictis in genere dicta volumus. Latius enim exactiuſque eas hic expendere ⁊ explicare loci non eſt huius.

¶An actio ſit ſpecialiter proponenda.



¶Veterẽ dicit eſſe queſtionẽ Speculator: an actio ſit ſpeciali nomine intentanda. Pro cuius explanatione duplicem recitat opinionẽ. Unam Legiſtarum: Alteram Canoniſtarum.

¶Legiſtarum opinio de proponenda actione.

¶Legulei de actione intẽdenda atq; ꝓponẽda: quadrifariã ſentiũt. Primi dicunt quamlibet actionẽ proprio nomine intendendã: ⁊ libello inſerendaꝫ argu.ff.de iudic.leg.in prin.C.eod.j.edita: quia nemo ſine actiõe experitur.leg.Si pupillo.parag.fi.ff.neg.geſtorum. Et facit fortius pro eis.xij.c. de formulis. ⁊ impetra.⁊.l.j.ff. ſi men.fal.mo.dix.que clare dicunt.quod ineptam actionem proponẽs debeat ſuccumbere. ſic extra de iudi.c.examinata. ⁊ huiꝰ opinionis ſunt Joan.and.⁊ Azo.

¶Secũdi dicũt vt ſunt Jaco.Butri.Lan.⁊ Hoſt.quod ſi ex vno facto vna tantũ reſultet actio: vt in vẽditione: commodato: depoſito ⁊ ſimilibus: ſufficiat cauſſam ſiue factum ſimpliciter proponi. Si vero plures oriãtur ex eodẽ facto actiones: vt ſi quis in fundo meo arbores incidat ex quo facto oritur interdictũ: quod vi: aut clam.⁊ etiaꝫ actio legis Aquil.⁊ Arb.fur.ceſ.vt.ff.de arb.fur.ceſ. l.ſi colonus. ⁊ in.l. pe.ff.quod vi aut clam. vel ſi in ſocietate furtum committatur. Quo caſu ⁊ pro ſocio: ⁊ furti actiones oriũtur. l.rei communis nomine.ff.ꝓ ſocio. His quidem caſibus: ⁊ ſimilibus exprimere debet qua malit experiri: vt reus certificetur quid ab eo petatur.

¶Tertij vt Odof. Azo: Roſ.dicunt graues quidẽ intentandas fore: leues vero non.

¶Quarti quod nec ſecũdũ leges neceſſe eſt in libello edere actionẽ. C.de edict.Diui Hadriani tollen.l.tertia ibi is qui ſcriptus eſt heres: ⁊ iudici teſtamẽtum contenderit non vitiatum quod in poſſeſſionem mittatur: vbi clare habetur: ſufficere ⁊ legitimum modum ⁊ cauſſam proponere ⁊ non expreſſe actionem proponendã. Nam ſufficit cauſſam proponi: ex qua actio reſultat: vt peto rem quam emi: vel decem que mutuaui. Inſtit.de acti.§.j.in fin.⁊ extra de iudi.c.dilecti. Sed ſecundum iſtam opinionem nunquam actio incompetens poterit proponi. Imo quilibet ⁊ illiteratus libellum componere recte ſciret.

¶Opinio canoniſtarum.

¶Approbatior opinio Canoniſtaꝝ.qđ nemo cogatur in foro eccleſiaſtico: nec in libello nec in proceſſu exprimere actioneꝫ vt in allegato.c.dilecti. Sed ſi ſponte velit admittendus ſit: vt in. c.examinata.extra de iudic. Et tunc ſi ineptaꝫ proponit: ſuccumbet: ⁊ poterit aptam proponere: vt ibi: ⁊ de reſtitu. ſpolia.c.cum ad ſedeꝫ. in fi. Et receptus vſus hanc opinionem approbat. Sufficit enim factum ſimpliciter proponere. Quandoquidem de ſola veritate curandum: non de apicibus iuris ciuilis diſputandum vt in predict.c.dilecti.⁊.c.in extra.de dolo ⁊ contuma. Huic opinioni aſſentit Panormitanꝰ: in.d.c.examinata. qui colligit quod vſus actionis non eſt ſublatus de iure canonico: quod ex eo colligit in prin

cip. ⁊ fin. d. c. examinata. vbi dicitur: quod iſti milites non tenean
tur reſpondere niſi propoſuerit iſte nobilis actionem aptam ⁊ cō
gruentem. Et ſic volens agere: etiaȝ de Jure Canonico debet pro
ponere actionem aptam ⁊ congruentem. Non tamen intellige ꝙ
debeat ⁊ cogatur (niſi velit) exprimere nomen actionis. Quia ad
hoc non tenetur hodie aliquo iure. Quod probat Panormitanus
in dicto capi. cum dilecti. Igitur in canonibus vbi habes actio:
erbone/ id eſt petitio.

¶ Et ſic actio nō eſt de neceſſitate in libello proponēda non explicite:
ſed implicite: quia genus cauſſe genus actionis ſignificat.

¶ Si tamen ex eodem actu plures ſpeciales oriuntur actiones: alte-
ra eligenda eſt: vt ſupra dixerunt legiſte ſecūde opinionis. Et qui
non vult eligere: repelli debet per iudicem. argumen. C. de colla. l.
filie. vel cogendus eſt iudicis officio eligere. l. vnica. ff. ſi quis ius
dicen. non obteȝ. Uide hic latius Specu. li. ij. par. j. titu. de actio
ne. §. ſequitur videre: verſiculo quod ſi nolit eligere.

¶ Libelli definitio.

¶ Libellus vt hic accipitur: eſt breuis ſcriptura: intentionem actoris
continens contra aduerſarium neceſſario inferens ⁊ concludens.
i. actoris petitionem ⁊ cauſſam continens: ⁊ actionē cōplectens.

¶ Quare libellus offeratur.

¶ Propter actorem: vt eius ius declaretur. Secundo propter reum:
vt deliberate poſſit: an cedere vel contēdere velit. Tertio propter
iudicem: vt ſciat qualiter debeat formare ſententiam que ſecun-
dum petitionis formam eſt ferenda extra de ſym. c. licet Heli. Idē
no. in. c. j. de libel. obla.

¶ Libellus quid continere debeat.

¶ Libellus continere debet nomen Actoris/ Rei/ Judicis/ ⁊ cauſſam
implicantem factum/ ⁊ inferentem concluſiuam petitionem. Un-
de dicit Joan. de. lig. quod libellus eſt ſyllogiſmus iuriſtarum.
In primis enim tanquā pro maiore continet / quis petat/ a quo/
⁊ coram quo. i. nomen actoris/ Rei/ ⁊ Judicis. Subinde tanquam
minorem continet cauſſam implicantem factum: id eſt actionem
ſiue petitionē: hoc eſt quo iure petatur. Ultimo loco concluſione
infertur concluſiua petitio: qua actor concludit petendo merito
ex premiſſis ⁊ propoſitis Reum ſibi fore condemnanduȝ ⁊ in prin
cipali ⁊ in expenſis. Et debet iſta quinꝗ continere clare: breuiter
⁊ ſine obſcuritate: vt latius infra ſuo loco.

¶ Ut hec huius ſcientie tyruncula clariora fiant ſubiungam exem-
plum ⁊ formam libelli actionis realis: ideſt: in qua res aliqua
petitur.

¶ Forma libelli in Actione Reali.

¶ Coram vobis venerabili viro officiali. N. ⁊ cet. vel Archidiacono:
vel locum tenenti proponit procuratorio nomine viri diſcreti.
N. vel receptoris ducatus. N. Laici. N. dioceſ. laicus vel cleric. ſi
eſt clericus: conquerendo in iure: aduerſus. N. clericum: ſi eſt cle-
ricus vel laicum ſi eſt laicus: vel ſcholaſticum/ vel quemcunque



alium legitime in iudicio pro eo interuenientem. Et dicit: quod
licet domus talis: ⁊ nominando vel ſpecificando domū: a platea:
locum/ vicinis/ ad memoratum/ receptorem. N. pertineat: tamen
predictus reus. N. eadem domū tres vel quatuor annos detinuit
⁊ occupauit: prout retinet ⁊ occupat fructuſque ſiue penſionem
que ex ea per tempus huiuſmodi prouenerunt: percepit: ⁊ ſibi re-
tinuit ac prouenientes percipit ac retinet: ⁊ huiuſmodi domum
deoccupare ⁊ predicto. N. receptori eam liberam ⁊ vacuam dimit
tere ⁊ reſtituere cum fructibus ⁊ penſionibus vt premittitur in
perceptis contra deum in periculum anime ſue ⁊ predicti. N. rece
ptoris preiudicium ⁊ detrimentum: recuſauit ⁊ renuit: prout re-
cuſat ⁊ renuit.

¶ Quare agit ⁊ petit procurator ſupra memoratus prefato nomine
quatenus cognito quantum ſufficit de premiſſis: denuntietis/ de
cernatis/ ⁊ declaretis ſupradictā domū: ad antedictum. N. recep-
torem pertinuiſſe ac pertinere: predictum. N. indebite ⁊ illicite
occupaſſe ⁊ occupare. Et ipſam domum eidem. N. receptori ad-
iudicandam fore: ac adiudicetis: predictumꝗ. N. vt domum hu-
iuſmodi. N. receptori liberam ⁊ vacuam dimittat/ reſtituat/ aſſi-
gnet/ ac fructus ⁊ penſiones/ vt prefertur/ perceptos vel eorum
valorem: quem ad viginti aureos pro ſingulis annis eſtimat: ve-
ſtra tamen ac aliorum quorum intereſt eſtimatione ſalua tradat
ſeu perſoluat condemnandū ⁊ compellendum eſſe: ⁊ condemne-
tis ⁊ cōpellatis per veſtram diffinitiuā: ſniam: cenſurā eccleſiaſti-
cam: ⁊ alia remedia oportuna. Hec petit cōiunctim ⁊ diuiſim vna
cum expēſis litis: ac fructib⁹ inde pceptis: ⁊ que pcipi poſſunt: ⁊
tēpore litis pcipiēdis. Ad ꝓbationē neceſſariā ⁊ nō vltra ſe aſtrin
gens: ſaluo nihilomin⁹ iure addēdi: minuēdi: corrigēdi: ⁊ pro eſt:
vt eſt moris.

¶ Uides ergo quod in libello ea quinque: licet ⁊ multa alia debeat
continere: tibi reſtant neceſſario de recepta cōſuetudine faciēda.
Et ſicut exemplū tibi dedi hic in actione reali rei vendicationis:
ſic in omni actione fere formabis libellum excepto eo: quod ho-
die actionis nomen non exprimitur nominatim: ſed ſufficit cauſ
ſam allegare: que in iure Canonico dicitur petitio. De quo vide
latius Speculatorem loco ſupra allegato.

¶ Actionis ceſſio.

Receptum eſt in iudicijs actionum ceſſiones poſſe fieri.
Quare ex ordine de huiuſmodi ceſſione pau-
cula quid iuris ſit: diſſeremus.

¶ Uerum quomodo in ceſſionibus fiant inſtrumēta: ⁊ que forme eo
rum: Uide Spec. lib. ij. par. j. titu. de ceſſione acti. § conſequenter
vtile eſt.

¶ Eſt autem actionis ceſſio proprij iuris in alterum facta trāſlatio
ſeu collatio: ⁊ fieri poteſt cum hac diſtinctione.

Ceſſio aliquando fit in vltima voluntate. Et tunc aut illa
eſt in Judicio deducta: aut non in Judicio deducta.

Aliquando inter viuos ex pacto.Et ſubdiſtingue:quia aut ſit po
tentiori ratione officij publici ⁊ terribilis:aut nō rōne terribilis:
aut nō ſit potentiori.Et aut eſt actio dubitata:id eſt in iudiciuꝫ de
ducta:aut idubitata.Eaqꝫ aut vera eſt aut ſimulata aut dubia.

¶Huius tabule ſingula membra:ſecundum ordinem hic depictum
declarabimus.

¶Ceſſio vltime voluntatis.

¶Ceſſio in vltima volūtate facta:ſi fuerit in iudiciū deducta:actio
nis ipſius exercitiū ſiue perſequutio cauſſe pertinet ad heredem
Et ſi aliquid obtineat:preſtabit illud legatario.Si nihil obti=
neat:nihil dabit:quia litis euentus intelligitur legatario reli=
ctus.Tamen legatarius poterit intereſſe liti:ne heres colludat.

¶Ceſſio actionis facta nondum in iudicium deducta:valet ſimplici
ter.l.non debitoris.de leg.

¶Ceſſio inter viuos potentiori facta.

¶Ceſſio inter viuos facta potentiori ratione officij terribilis:non
valet:imo iactura cauſſe afficit͛ is:qui potentiori cedit quia per=
dit ius ſuū ipſo iure vel per ſententiam vt plerique volunt.Et po
tentior ſe immiſcēs punitur extraordinarie officio iudicis.ex.de
alie.iudi.mut.cau.fac.c.ij.⁊.C.ne lice.poten.l.ij.⁊ fi.Et intellige
de eo qui potentior ratione publici officij cui preeſt vt quia eſt do
minus:vel illius contra quem ceditur magiſtratus:officialis:pre
ſes:vel Balliuus(vt vocant) cuius officij occaſione aduerſario il
li cōtra quem ceditur terribilis eſſe poteſt:vt.C.quod metus cauſ
ſa.l.fi.C.Si quacunqꝫ predi.poteſtate.l.vnica.⁊.C.ſi rec.prouin.
l.vnica.C.de his que poten.no.l.vnica.Item ⁊ tutor potentior eſt
pupillo ratione officij:⁊ ideo ei contra pupillum cedi non poteſt
C.qui tuto.da.poſſ.Authen.Minoris.

¶Verum ſi potentiori ceſſio facta ſit:qui non eſt potentior ratione
officij:bene valebit.vide hic latius Speculatorem.l.ij.parte pri=
ma.titulo De ceſſione Actionis.

¶Ceſſio inter viuos non potentiori facta.

¶Ceſſio que ſit non potentiori ⁊ actio eſt indubitata id eſt in iudi=
cium deducta:vt.ff.quibus ad liber.procla.non licet.l.ij.tenet
in quinqꝫ caſibus ſequentibus.In alijs vero non tenet.

¶Quinqꝫ caſus quibus ceſſio non potentiori facta de
actione dubitata:id eſt:in iudicium deducta:valet.

¶Primus:Si fiat cauſa dotis vel donationis ante nuptias.Secun
dus ſi cauſa nuptiarum.Tertius:ſi cauſa tranſactionis.Quar=
tus:ſi cā diuiſionis:que ſit inter heredes de rebus hereditarijs.
Quintus:ſi fiat cauſa legati vel fideicommiſſi cū nondum ſuper
re legata vel fideicommiſſa queſtio mota teſtatore viuēte:ſed poſt
mortem eius mota eſt contra heredem.

¶Si quis vero in alijs quam his quinqꝫ caſibus cedat:punitur taꝫ
cedens quam is cui ceſſio ſit:cum diſtinctione tamē:vt ſi ſciens
aliquis emit actionem:vel rē litigioſam:cogit͛ eam reſtituere ven
ditori.Sed etiā alia tanta quantias ab eo fiſci iuribꝰ inferatur:⁊



lis ſuo Marte currat inter vēditorem ⁊ eum cū quo prius queſtio
mota erat.Si tamen ignorans rem litigioſaꝫ emit:tūc irrita alie
natiōe facta:pretium cū alia tertia parte recuperabit a vendito=
re.Si vero ex donatiōis cauſa aliquis rē litigioſam receperit:eſti
matur res:vt in ipſius eſtimatione rem in aliū transferens pu=
niatur.C.de litig.l.fi.

¶Vera tenet:niſi fiat potentiori:vt ſup.vel niſi cauſa auare venali=
tatis:vt ex.de alie.iud.mu.cauſ.fact.c.ij.

¶Vera autē eſt:ſi actio magne ſumme cedatur pro magna ſumma.
Item ſi coheres cedit actionem coheredi ſuo:vel ſi heres cedit le
gatario:cui res vel actio eſt legata.Itē ſi debitor cedat ſuo credi
tori pro debito:etiam ſi cedat actionem competentem:ad maiorē
quantitatem quam debeat.Item ſi dum poſſideo rē aliquam:ali
quis pro re illa incipiat me conuenire.⁊ emo ab aliquo ius:ſiue
actionem:qua mediante poſſum reꝫ illam defendere:valet ceſſio:
nec preſumit͛ ſimulata.Hec omnia probari poſſunt.C.mandati.l.
per diuerſ.Et tali ceſſione intelliguntur leges.C.de here.⁊ acti.
vendi.l.j.⁊ per totum.Et precipue in tribus legibus vltimis:⁊.C.
de nouatio.l.iij.

¶Quatuor caſibus principalibus ceſſio vera apparet.

¶Primus:ſi cedēs ſit pauper:nec habet vnde cauſam proſequatur.
Certe hoc caſu potius neceſſitate quā ficte ceſſio preſumitur eſſe
facta:argu.l.allegationes.ff.fami.erciſ.l.ob es.C.de predi.mi=
no.l.ſi procuratorem.§.j.ff.mandati.

¶Secundus Si palam.vel publice facta eſt ceſſio vel venditio:vel
forte cedēs habet alio ire:vel alia facere:ita vt intendere litis per
ſecutioni non poſſit:quibus caſibus non preſumi debet ſimula=
ta:argumen.l.non exiſtimo.ff.de adminiſtratio.tuto.l.ab anaſta
ſio.C.mandati.⁊ extra de eccleſ.benefi.ſine diſtin.ꝯfer.capit.vni
co.argu.l.prime.ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi.

¶Tertius:Si reus potens eſt:⁊ actor nequit ab illo ſuam conſequi
iuſtitiam:⁊ ideo cedit ſuam actionem:non preſumitur ſimulata:
argumen.C.de execu.rei iudica.l.ordo.ff.de iure dotium.l.cum
in fundo.§.cum ipſius.

¶Quartus.Si ius ſuum vendens:honeſtus homo ⁊ qui bone fidei
habetur:quique lites execrari ſolet:⁊ mauult partē carere quā
ſe litibus implicare.Vide latius Spe.hec pulchre diſputantem.

¶Ceſſio indubitata id eſt nondum in iudicium deducta:
minus potenti facta:aut eſt ſimulata:aut dubia.

¶Simulata ſiue imaginaria:quando inter cedentem ⁊ eū cui cedi
tur:id agitur quod totum emolumentum:ad cedentem refera=
tur:quamuis eius:cui ceditur eſſe fingatur.Et hec non valet.C.
mandati.l.fina.§.ſi quis autem.⁊.§.ſed ⁊ ſi quis dona.Si autem
dubitatur vtrum ſit vera.vel ſimulata:cognoſci poteſt ſex hiſce
caſibus in quibus eſt indubitanter ſimulata.

¶Ceſſio ſimulata:ſex modis cognoſcitur.

¶Primus: Si actio magne q̄titatis ceſſa ſit pro modica ſumma. ff. de tranſactio. l. cum hi. §. modus. Sed tamen in iſto caſu notantur opiniones: quas: vide apud Specu. hic.

¶Secundus: Si actio que ceditur pro parte venditur: ⁊ p̄ parte donatur ei cui ceditur. Et hoc caſu ſecundum Inno. non agit cedens: quia eam perdit: nec is cui ceditur: quia non tenet ceſſio.

¶Tertius: Si facta ſit ceſſio: ⁊ aliquid clam pro ceſſione datum eſt. Et iſti caſus colliguntur. C. mandati. l. fina. In his caſibus non poteſt aliquid amplius peti: quam datum ſit: nec a cedente nec ab eo cui ſit ceſſio: vt ea. lege dicitur.

¶Quartus: Si clericus a laico contra laicum: ſecus ſecū̄dum quoſdam: ſi fiat contra clericum. Sed hic vide latius Specu.

¶Quintus. Si ille qui recipit: eſt homo litigioſus.

¶Sextus: quando ratio poteſt aſſignari: quod facta ſit in eū̄ finē: vt reus vexetur. Hos caſus Specula. diffuſius diſputat: ad quem te remitto.

### ¶Ceſſio dubia.

¶Et hec multis preſumitur ſimulata: ex eo q̄ actio partim venditur ⁊ pro parte donatur. l. ſi. C. mandati. Et hec non valet. Si autem non foret ſimulata preſumptiōe: valeret ceſſio. Uide extra de alie. iud. mu. cau. fact. c. ij. in gloſ.

¶De formis inſtrumentorum ſuper huiuſmodi ceſſionibus actionum: vide vt dixi Speculatorem loco ſuperius allegato.

### ¶Competentis Judicis aditio.

¶Ex ordine premiſſo videndum occurrit: de competenti iudice adeundo. Uerum ne ex ignotis procedamus: paucula de iudicibus ipſis: ⁊ eorum diuerſitate premittenda duximus.

### ¶Prima Judicum diuiſio.

¶Judicū̄ alius eſt ordinarius: alius arbiter: ali⁹ extraordinarius: alius delegatus: alius arbiter iuris: alius arbiter ſimpliciter.

¶Ordinarius eſt ſecundū̄ Speculatorem: qui iure ſuo vel principis beneficio vniuerſaliter iuriſdictionem exercere poteſt. l. more maiorum. ⁊ l. ſequenti. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. quod locū̄ habet ſiue in eccleſiaſticis: vt ſunt primates: archiepiſcopi. epiſcopi ⁊ alij eccleſiaſtici: qui habent iuriſdictionē̄ a Papa: extra de offi. ordina. c. duo. xvij. diſtinctio. c. omnes. extra de elec. c. ſignificaſti. Siue in ciuilibus: vt duces: marchiones/ comites et huiuſmodi: qui habent totalem iuriſdictionem vnius prouincie vel loci ab imperatore.

¶Uel ordinarius eſt: qui habet vniuerſitatem cauſſarum in ſuo territorio. l. pupillus. §. territorium. ff. de verborum ſignifica. xvij. queſtione. vj. c. j. Et hunc ordinarium quatuor faciunt.

### ¶Ordinarium quatuor faciunt.

¶Lex animata vel canon: ⁊ hoc in dubio: ſecus ſi appareat: velle dare delegatum.

¶Lex animata: vt pote papa vel imperator: ⁊ non inferior niſi epiſcopus ſuo vicario.



### ¶Conſuetudo.

¶Uniuerſitas approbata: vt mercatorum/ ſartorum/ ſutorū̄ ⁊ aliorum artificum: qui habent de ſuo corpore. i. collegio: creare ⁊ eligere iudicem: ordinarium: ſic ⁊ vniuerſitates artium ⁊ facultatum (vt vocāt) de quo nota. in cap. cum ab eccleſiarum. extra de offi. ordina. Et ſic rectores vniuerſitatū̄: ordinarij ſunt. Plura de ordinarijs nempe qui eos conſtituat. quod eorum officiū̄: qui eſſe poſſint: qui ab alijs p̄hiberi ⁊ qui ipſi recuſare poſſint. vide Spe. qui hec egregie tractat.

### ¶Arbiter.

¶Eſt: qui de partium conſenſu eligitur: ⁊ in eum ſub pene ſtipulatione compromittitur. ij. queſtione. vj. ca. a iudicibus. Non enim ſtatur ſententie eius niſi metu pene: vel pignoris datione: vel alicuius loco pene. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. primo. C. eodē̄ l. prima. extra eodem dilecti. vel metu iuramēti: quod poteſt interuenire ſecundum canones. extra eo. c. ij. ⁊ per tuas. xxij. q. j. c. omne quod licet. ſecus ſi ſecundum leges. C. eo. Authen. Decernimus in authen. de iudi. §. quia vero. colla. vj. quia nō̄ habet iuriſdictionem propriam neq̄ delegatā̄: ſed ſolū̄ a partibus. l. j. ff. eodem. Et debet hic arbiter ſequi iuris rigorē̄ equitatem ſcriptā̄: cū̄ talia arbitria redacta ſint ad inſtar iudiciorum. l. j. ff. de arbitris: ⁊ corā̄ iſto proponē̄de ſunt actiōes: vt eſt tex. inſtitu. de actionibus. §. primo. in principio ⁊ ab iſto nō̄ poteſt appellari cū̄ eius ſentētie nō̄ iure ſed metu pene ſtetur: que autē̄ ſit differētia inter arbitrum compromiſſariū̄ ⁊ arbitratorem: nos hic obiter attingemus. Ipſe plura vide apud Bartolū̄ in. l. ſocietatis. §. arbitrorū̄. ff. pro ſocio. Preterea que ſit differentia inter iſtum arbitrum ⁊ iudicem ordinarium: vide Ange. inſtituta de actio. §. j. vbi. xvj. differentias ⁊. viij. equiparationes recenſet.

### ¶Extraordinarius

¶Eſt is: qui non ſuo iure vel principis beneficio vniuerſaliter iuriſdictionem exercere poteſt: neque qui prefactus eſt alicui vniuerſitati: vel collegio: nec a lege vel conſuetudine iuriſdictionē̄ habet Sed vel ex partiū̄ voluntate: vt arbiter. vel ex ſuperioris commiſſione: particularem vel limitatam hʒ iuriſdictionem: ⁊ huius duo ſunt genera: aut enim eſt arbiter: de quo. ſ. aut delegatus.

### ¶Delegatus.

¶Eſt qui ex ſuperioris commiſſione recipit iuriſdictionem: ⁊ alicuius cauſſe iudicialem cognitionem. Et vices delegantis repreſentat: ⁊ in iuriſdictione nihil proprij habet. l. ⁊ licet. ff. de offic. eius cui mandata erit iuriſdictio. extra de officijs delega. c. ſane quia. ⁊. c. cum olim.

¶Quis autem poſſit eum conſtituere: que eius poteſt: ⁊ quomodo diſpenſare: item quibus cauſſis recuſetur: que contra eum excipi poſſunt: ⁊ id genus alia: vide latiſſime apud Speculatorem: libro primo. §. j.

### ¶Arbiter iuris.

¶ Eſt:qui eligitur a partibus in recuſatione iudicis ordinarij vel
delegati:vt pote ſi cauſſa aliqua ſit commiſſa alicui iudici:quem
aliqua partium ſuſpectum habeat:⁊ dicat:eligendus eſt arbiter
vnus vel plures:qui de hac cauſſa ſuſpitionis cognoſcat.l.aper=
tiſſimi.⁊.l.vltima.C.de iudicijs. Et debent hi ſeruare formam iu
ris:⁊ ab eis nempe qui ſic a partibus ⁊ poteſtate ⁊ neceſſitate iu
ris eliguntur:bene poterit appellari:licet a ſententia arbitri cõ=
promiſſarij:de quo ſupra non appelletur:vt.l.prima.C.de arbitris.
et.l.dum proferre.§.ſtatim.ff. de arbitris. Vide latius Jaſonem
⁊ Bart.in.l.fi.C.de iudi.⁊.l.j.C.de arbi.⁊.ff.de pactis.l.ſi quis.

¶ Arbiter ſimpliciter electus a partibus.

¶ Coram quo non proceditur ordine iudicario:cuius ſententie ſi
partes non conſentiant:reducunt ſe ad arbitrium boni viri:qui
proprie non eſt arbiter:ſed appellatur arbitrator:⁊ eſt quaſi pro
xineta vel communis amicus:vel amicabilis compoſitor. Nec ſu
mitur ſuper re litigioſa vt cognoſcat:ſed vt pacificet. De quo in
lege Societatis.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.

¶ Et talis dicitur quaſi negotiorum geſtor:vel partium mediator.
Vide hic latius Speculatorem.li.j.par.j.⁊ Jaſonẽ de acti.inſti.

¶ Et non tenetur hic ſeruare formam iuris in executione iuſtitie:⁊
bonum eſt talem habere fauorabilem:quia poteſt ſequi equita=
tem ſue opinionis:ex qua poteſt iudicium ledere:ſed non enor=
miter:alioqui recurritur ad arbitrarium boni viri.

¶ Et differunt in hoc arbiter ⁊ arbitrator:quia arbitrator non te=
netur ordinem iuris ſeruare:ſed arbiter tenetur.

¶ Secunda Judicum diuiſio.

¶ Judicum alius Eccleſiaſticus:alius ſecularis.

¶ Eccleſiaſticus:cui omnis anima ſubiecta eſt in ſpiritualibus. Et
illi ſunt triplices:ſcilicet Papa. Epiſcopus. Curatus.

¶ Papa:qui in locum Chriſti ſucceſſit:et eius eſt vicarius extra vt
eccleſia.benefic.ſiue dig.conf.c.vt noſtrum.et Clemen. Romani.
de iureiurã.c.pro humani extra de homici.lib.ſexto.⁊.9. queſtio
ne.iij.cap̃.cuncta per mundum.

¶ Epiſcopi qui in locum apoſtolorum ſucceſſerunt:⁊ eorũ vices te
nent.xxj.diſtinctione.c.in nouo.xxxv.diſtinct.eccleſie.

¶ Curati:qui in locum diſcipulorũ ſunt conſtituti.xxj.diſt.c.in no
uo.⁊ eorum typum gerunt.

¶ Secularis:cui omnis anima in temporalibus eſt ſubiecta: vt eſt
imperator:qui dominus eſt princeps totius mundi. vij.q.j.c.in
apibus. Et Matt.xxij.capit.cum dicit Chriſtus:Reddite Ceſari
q̃ ſunt ceſaris.c.Soluite.ex.de maio.⁊ obe.ff.ad.l.Rhod.de iact.
l.deprecatio.C.de epiſ.et cleri.l.generaliter.l.vnica.C.de inſti.C.
confir.

¶ Ordo iudicum.

¶ Superilluſtres ſiue Maximi:vt imperator/Conſul/Senator/Pa=
tritius/Dictator/⁊ ſecundũ Canones Papa:legati:Patriarche.

¶ Illuſtres ſiue magni vt prefectus pretorio:Orĩetis:Italie/Aphri=



ce/ Urbis queſtor/⁊ qui in conſilio ſunt : ⁊ conſiſtorio imperato=
ris:⁊ ſecundũ Canones.Primates/Archiepiſcipi/ex.de offic.ordi
na.cap.duo.

¶ Spectabiles ſiue medij:vt magiſtri militũ/Pretor/Prefectꝰ Aegy=
pti:⁊ ſecundum Canones epiſcopi.

¶ Clariſſimi:vt preſides prouinciarum: Procurator Ceſaris: Juri=
dicus Alexandrie Ciuitatũ rectores: ⁊ ſecundũ Canones Archi
diaconi.Archipreſbiteri.

¶ Infimi:qui nec nomen habẽt vt pedanei ordinarij. tamen ſunt vt
defenſores Ciuitatũ ⁊ municipiorum.vt locorũ magiſtratus mu
nicipales ⁊ ſecundum canones preſbiteri: atq; eccleſiarum recto=
res:⁊ minimas iudicãt cauſas:vt. C.de peda.iudi.l.fi.⁊ Authen.
¶Illi nanqꝫ qui libellum non dedit reſpondendū non eſt: niſi quis velit.extra de libel.obla.

¶Decimaquarta
Non ſufficientis cautionis.

¶Quandoquidem qui non dedit ſufficientem cautionē de lite proſequenda: vel pena ſoluenda: ſi ſuccumbat repellitur.C.de epiſco.⁊ cle.l.at generaliter.⁊.C.de lit.conteſt.l.libellum. Uide Speculatorem.

¶Decimaquinta
Juramenti.

¶Quia iurauit non accuſare: vel non agere: vel non conuenire: extra de accuſa.c.veniens.extra de reſcript.c.ex parte.

¶Decimaſexta
Doli.

¶Quia conuictus de dolo commiſſo excipit contra actorem: quod alter qui dolum commiſit ſoluet ei: et ſic ipſe liberatus ſit quia vno ſoluente: ceteri liberantur.ff.de dolo.l.ſi plures.

¶Decimaſeptima
Non ſeruate fidei.

¶Siquidem ſi actor nō ſeruauit fidez: nec alter illi ſeruare tenetur c.peruenit.ij.extra de iureiur.

¶Decimaoctaua
Status.

¶Seruus enim non poteſt pro ſe nec pro alio agere in ciuili vel criminali cauſſa.niſi in ſpecialibus caſibus: qui habētur.C.de indi.l.ſeruus.C.de preci.impe.offe.l.j.C.de queſto.l.ff.de indi.l.vir.

Conueniri tamen pōt ciuiliter ⁊ criminaliter accuſari. Vide Speculatorem.

¶ Neqꝫ ſtatuliber: id eſt cui libertas eſt ſub cōditione relicta: qui pēdente cōditione pro ſeruo habetur. ff. de ſtatulibe. l. ſtatuliberuz. in medio tempore ⁊ l. ſtatuliberi a ceteris.

¶ Decimanona
Criminis leſe Maieſtatis.

¶ Siquidem qui commiſit crimen leſe maieſtatis repellitur. Ad legem iul. maie. l. fina.

¶ Vicesima
Deliberationis adeunde hereditatis.

¶ Quia heres adhuc inter deliberationis tempora conſtitutus nō poteſt ſuper hereditate actiones inſtituere durante deliberatione. ff. de iur. delibe. l. ait pretor. §. finali.

¶ Viceſimaprima
Suſpecti criminis tutele.

¶ Quia tutor accuſatus de ſuſpecto non agit vt tutor: licet non ſit ei interdicta adminiſtratio.

¶ Idem eſt in prelato de dilapidatione ſuſpectus ſuſpitione probata: extra de ſimo. c. licet heli. verſi. qui vero. vide Specu.

¶ Viceſimaſecunda
Inſtitutionis.

¶ Qui inſtitutus heres ab heretico: non poteſt pro hereditate agere. C. de hereticis. l. cognouimus.

¶ Viceſimatertia
Matrimonij.

¶ Quia vir ⁊ vxor prohibentur inter ſe famoſas intentare actiones conſtante matrimonio. ff. re. amo. l. j. C. eo. l. diuortij. vide Specu.

¶ Viceſimaquarta
Dominij ⁊ poteſtatis.

¶ Sic ſeruus contra dominum: ⁊ econtra. C. an ſeruus ex ſuo facto l. ſi. ff. de. iudi. l. lis nulla

¶ Viceſimaquinta
Libertinitatis.

Quia libertus non auditur contra patronū: vel patronaz: vel parentes vel liberos patroni: maxime in famoſa actiōe: niſi hoc impetret. ff. de excuſa. tuto. l. nequaquā. ff. de obſeq. a liber. l. j. et. l. nec ſerui. ⁊ l. ſequen. ff. de in ius voc. l. ſed ⁊ ſi hac. C. qui ⁊ aduerſ. quos. l. finali.

¶ Viceſimaſexta
Aſcriptitij.

¶ Item nec aſcriptitius admittitur contra dominum. C. libro. xj. in quibus cauſis co. cen. l. ij.

¶ Viceſimaſeptima
Contumacie.

¶ Vel inobedientie. Siquidez qui cōtumax ⁊ inobediēs iudici fuit nō auditur niſi refuſis expenſis: ⁊ data idonea cautione qḋ de cetero in terminis comparere velit. ff. ex quibus cauſ. maio. l. ſed ſi per pretorem. §. actio. verſicu. ſed ⁊ ſi. ⁊ verſi. idemqꝫ. ff. de iudi. l. eum quem. extra de dolo. ⁊ contu. c. actor. lib. vj.



¶ Viceſimaoctaua
Furoris.

¶ Quia furioſus nec pro ſe nec pro alijs agit. ff. de codi. lege ſecūda.

¶ Viceſimanona
Damni.

¶ Seu noxa reo dati. Nam qui reo damnum: vel noxam fecit repellitur. ff. de noxalibus actionibus. lege cum ſeruus

¶ Triceſima
Temporis.

¶ Quia de eadem re nō poteſt eodē tempore ciuiliter ⁊ criminaliter agere. ff. vi bo. rapto. l. pretor. §. j. ff. de publi. iudi. l. interdum.

¶ Triceſimaprima
Proſcriptionis.

¶ Seu deportationis: quia bannitus (vt vocant) repellitur. ff. quibus cauſſ. maio. lege. Sed ⁊ ſi per pretorem. §. actio. Nam deportato bannitus comparatur Inſtitu. quibus modis ius pat. pote. ſolu. §. relagati. in gloſ.

¶ Triceſimaſecunda
Non communionis.

¶ Contra enim agentem famil. erciſcun. non coheredem: nec communionem habentem cum poſſeſſore: excipis. ff. famil. erciſcun. l. prima. ff. de exceptio. l. fundum.

¶ Triceſimatertia
Filiationis.

¶ Quia filiuſfamilias non poteſt agere contra patrem: vel contra eum in cuius eſt poteſtate: etiam cum venia. C. de in ius vocādo. l. fina. ff. eodem. l. generaliter. ff. de iud. l. lis nulla. inſtitu. de pe. temere litigan. in ſi. niſi in certis caſibus.

¶ In quatuor caſibus filius agere
poteſt contra patrem.

1 ☞ In caſtrenſi peculio. Vide gloſſ. pulchram in lege lis nulla.
In cauſſa alimentorum. ff. de iudi.
3 Si petat emancipari in illis caſibus in quibus pater cogitur eum emancipare.
4 Si cum reuerentia patris factum arguat. Vide latius Specu.

¶ Triceſimaquarta contra actorem
Exceptio religionis.

¶ Excipitur enim contra actorem: quod ſit monachus: quod canonicus regularis: vel alterius obedientie ſuppoſitus: qui non poteſt nomine ſui agere vel conuenire: ſine conſenſu ſuperioris: vt extra de ſynde. c. vnico.

¶ Rationem vide apud Specu. Dicit enim eos mortuos mundo: verum carne viuentes: ⁊ nihil habere: ſed omnia poſſidentes.

¶ Verū abbates ⁊ alij quibꝰ adminiſtratio. cōceſſe eſt: agere poſſūt.

¶ Triceſimaquinta
Fideiuſſionis.

¶ Excipitur enim contra fideiuſſorem: qui agit vt liberetur a fideiuſſione: quod non poteſt agere priuſquam ſoluat. ff. de condi. inde. l. indebitū. ⁊ inſti. de fideiuſ. in prin. niſi in caſibus qui ſunt. ff. man. l. Lucius Titius. ⁊. C. eo. l. ſi pro ea.

¶ Triceſimaſexta.
Immature actionis.

¶ Siquidem excipitur contra actorem: quod nimis mature agit: vt cum pupillus agit ante finitam tutelam: ⁊ cum debita pignoratitia: intra ſolutionem ⁊ debiti oblationem. ff. de tut. ⁊ ratio. diſt. l. niſi finita. ⁊. l. ſi tutor reipubli. §. fi. ff. de pign. acti. l. ſi rem alienam. §. omnis. vide Specu.

¶ Triceſimaſeptima
Aliene litis.

¶ Repellitur enim qui alienam litem vult agere: cum alius ei preferatur: vt. ff. de inofficio. teſtamento. lege poſthumus. §. ſi quis ex his. C. qui admit. ad bono. poſſeſ. l. fina. in fine.

¶ Triceſimaoctaua
Petitionis vltra quartam.

¶ Siquidem repellitur filius natus: ſi petat vltra quartam hereditatis pregnante vxore patris. ff. ſi pars heredita. peta. l. prima. §. interdum. l. antiqui. ff. de Iudic. l. Sed ⁊ ſi reſtituatur. §. fina.

¶ Triceſimanona.
Contrariȷ̄ facti.

¶ Quilibet enim veniens contra factū repellitur regulariter. extra de cleri. coniu. c. diuerſis. Sed fallit in quibuſdam caſibus: qui ibi notantur. Uide Speculatorem.

¶ Quadrageſima
Turpis allegationis.

¶ Nam turpitudinem ſuam allegans vel ignaniam repellitur. extra de donatio. c. inter dilectos. C. de tranſactio. l. tranſactiōe fi.

¶ Quadrageſimaprima
Plus petitionis.

¶ Siquidem qui plus petit/ cauſſa/ vel tempore/ vel re/ vel loco/ repellitur: ⁊ punitur: de quo dic vt in. c. vnico. extra de plus petitionibus: ⁊. C. de plus petitioni. l. vnica. inſtitu. de actionibus. §. ſi quis agens.

¶ Quadrageſimaſecunda
Proprie authoritatis.

¶ Qui enim vult propria authoritate ſibi ius dicere: repellitur. Non enim debet quis in propria cauſſa eſſe iudex. C. ne quis in cauſ. ſua Iud. l. prima. Nec ſe debet vindicare: quod ſi fecerit punitur. ff. quod metus cauſſ. l. extat. C. de iud. l. nullus. fallit tamen in nouē caſibus in quibus poteſt quis ſibi ius dicere: quos vide apud Speculatorem. libro primo: parte ſecunda: titu. de actio. nam longum eſſet hic referre.



¶ Quadrageſimatertia
Locationis ⁊ commodati.

¶ Excipitur enim contra locatorem: commodatorem: petentem rem locatam: vel cōmodatā ante vſū cōpletum. ff. cōmo. l. in cōmodato. §. ſicut autē. extra eo. c. vnico. in fi. ff. locati. l. ex cōduc. in fine.

¶ Exceptis caſibus in quibus conductor impune repellitur. C. de locato. l. idem. ff. eo. l. quero. §. inter locatorem. in fi. extra eodem. c. propter.

¶ Quos vide: quia caſus quotidiani.

¶ Quadrageſimaquarta
Uenditionis.

¶ Quia repellitur venditor ⁊ eius heres: vendicans ab emptore rem quam vendidit. ff. de euictionibus. l. vendicantis. ⁊. ff. de exceptio. rei iudic. l. prima. C. de rei vendica. l. cum a matre. Uide Speculatorem.

¶ Quadrageſimaquinta
Non excuſſionis principalis.

¶ Siquidem creditor volens conuenire mandatorem vel fideiuſſorem: vel ping. poſſeſ. niſi prius principalem excuſſerit debitorem: repellitur. In authenti. de fideiuſſo. §. ſed ne quis. C. de actio. ⁊ oblig. authen. ſed hodie. Uide Speculatorem.

¶ Quadrageſimaſexta
Impubertatis.

¶ Repellitur enim ad tempus ⁊ ſuſpenditur iudicium: ſi quis impuberi queſtionem ſtatus moueat. ff. de carboniano edicto. l. tertia. §. due. C. ad Carbonianum. l. prima ⁊ ſecunda.

¶ Quadrageſimaſeptima
Terribilis ⁊ formidabilis preſentie.

¶ Si illuſtris perſona non poteſt agere per ſe: ſed per procuratorē. C. de procuratoribus. l. penultima. ⁊ authenti. quod ius: vt ſunt Cardinales: Primates: ⁊ tales qui minacem timorē ſuis aduerſarijs inferre poſſunt. Uide hic ſatis Speculatorem.

¶ Quadrageſimaoctaua
Adminiſtrationis tutele durantis.

¶ Tutor enim ⁊ curator: durantē adminiſtratione prohibentur ſuo vel pupilli nomine ſimul contra contutorem vel concuratorem: actione tutele experiri. ff. de admi. tuto. l. cum plures. ⁊. l. actus. C. eodem. l. ij.

¶ Quadrageſimanona
Prepoſteri ordinis in agendo.

¶ Excipitur enim contra actorem: quod prepoſtere agit: iuris ordine non ſeruato: vt ſi prius agat de proprietate quam de violentia: vel queſtionem preiudicialem poſtponat. C. de appellationi. l. prima. ⁊. C. de rei vendicatio. l. ordinarij. C. de ordina. cognit. l. ſi res.

¶ Quinquageſima
Pacti vel tranſactionis.

¶Excipitur nanque contra volentem agere furti vel iniuriarum: quod remiſſa ſit actio: pacto vel tranſactione: vel diſſimulatione.ff.de pactis.l.ſi ibi decem millia.§.primo ꝛ ſecundo.ꝛ.l.ſi vnus §.primo.ꝛ.l.eum qui nocentem.

¶Quinquageſimaprima
Non poſſeſſionis.

¶Excluditur enim agens rei vendicatione: vel noxa.act.ſi reus neget ſe poſſidere.ff.de rei vendi.l.qui petitoria.ff.ſi ex noxa. cauſſa.aga.l.prima §. primo.

¶Quinquageſimaſecunda
Compenſationis.

¶Siquidem excipi poteſt contra actorem de compenſatione: que tamen ſit liquida: ꝛ non multis ambagibus inuoluta: ꝛ hoc tam in criminalibus quam in pecuniarijs: quam etiam in turpibus ꝛ famoſis.ff.de compenſa.l.ſi ambo.C.eo.l.fin.vide Specu.

¶Quinquageſimatertia
Temporis ſacri quadragenarij.

¶Impeditur enim actor agere tempore quadrageſime ſaltez in criminali.C.de ferijs.l.quadraginta. ſed hodie non ſeruatur.

¶Quinquageſimaquarta
Feriarum.

¶Tempore enim feriarum: niſi in caſibus ſpecialibus non agitur.l. prima.ff.de ferijs.ꝛ ſecūda extra eodē.c.primo ꝛ fina.de iud.c.ſi.

¶Quinquageſimaquinta
Iniuſte vocations in ius.

¶Repelluntur enim qui vocant in ius eos qui vocari non poſſunt. qui habentur.ff.de in ius vocādo.l.ſecunda tertia queſtione duo decima.

¶Quinquageſimaſexta
Non explicate cauſſe in libello.

¶Repellitur nanque qui cauſſam non exprimit in libello.iij.queſtione tertia.c.offerātur.extra de libel.obla.c.fin.Et generaliter proponens actionem nimium generalem ſeu ambiguā ꝛ confuſam.

¶Quinquageſimaſeptima
Contrariarum actionum propoſitarum.

¶Repellitur nanque proponens contrarias actiones.l.prima.C.de fur.C.de codicillis.l.fina.in princip.extra de appellatio.c. ſolicitudinem.in fine.

¶Et compellitur alteram eligere: niſi vna ſit alterius preparatoria: vel niſi vna ſit penalis ſui natura ꝛ ab initio: altera vero rei perſequutoria.ff.de tribu.l.q.d.in heredem §. eligere.ff.delega. ſecundo.l. cum filius §. varijs. Uide Speculatorem.

¶Quinquageſimaoctaua
Reſcripti non principalis.

¶Repellitur enim ſine principali reſcripto alium ad extraordinarium iudicem vocans. C.de iuriſdictio. omnium iudicum. ꝛ. C. de dilatio. l.ſi quando.



¶Quinquageſimanona
Petitionis ex teſtamento contra heredem.

¶Repellitur ſiquidem: qui libertatem vel aliud ex teſtamento petit contra heredem ſcriptum: qui ſuſcepit vel ſuſcipere ſperat iudiciū petitionis hereditatis: ne per hanc petitionez heredi preiudicetur: quo ad illud iudicium. C.de petitio.heredi.l.fi.ff.eo.l.ſi quis libertatis.ff.de act. ꝛ obli.l.qui cum herede.

¶Sexageſima
Preiudicij maioris queſtionis.

¶Repellitur item: qui facit preiudiciuz maiori queſtioni: de minori cauſſa iudicium proponendo.ff.de iudic.l.per minorem.ff.de reſtitu.in integ.l.ſcio.

¶Sexageſimaprima
Non interpoſite ſatiſdationis.

¶Excipitur enim contra illum qui non ſatiſdedit vt infra ſuo loco latius dicemus: nempe de ſatiſdatione.

¶Sexageſimaſecunda
Non obſeruati termini.

¶Excipitur enim contra eum: qui non venit in termino: ad quem reum citari fecerat: ꝛ non audietur niſi prius refundat expenſas: ꝛ caueat de fideliter comparend. extra de dolo ꝛ contuma.c. actor.lib.vj.C.de indic.l.ſancimus.

¶Sexageſimatertia
Non obſeruati prefixi temporis ad agendum.

¶Excipitur enim contra illum: qui noluit agere intra tempus ſibi prefixum.C.de in genti.manu.l.diffamari.ff.de accuſatio.l.Titi. extra de reſtitu.ſpolia.c.frequens §. ſolet.lib.vj.

¶Sexageſimaquarta
Hoſpitalitatis cum iudice.

¶Repellitur enim qui experitur coram iudice: cum quo degit.

¶Sexageſimaquinta
Promiſſionis de non conueniendo.

¶Qui enim promiſit ſe non conuenire reum coram iſto iudice: repellitur: argu.C.de pactis.l.penul.extra de iudi.c.j.vide Specu.

¶Sexageſimaſexta
Suſpecti iudices.

¶Repellitur enim pater agens coram filio iudice: vel contra: ſi de famoſa actione experiatur: vide Speculatorem.

¶Sexageſimaſeptima.

¶Et vbicunqꝫ iudex eſt ſuſpectus: vel non poteſt eſſe iudex.

¶Sexageſimaoctaua
Petitionis reſtitutionis a non iudice.

¶Siquidem repellitur qui reſtitutionem cauſſe petit coram eo qui tribunali non preeſt: vel qui a principe delegatus non eſt.C.vbi ꝛ apud quem in integrum reſtitutio poſt.l.fina.vel qui reſtitutionem petit coram minoribus: contra ſententiam ꝛ factuz maiorū. ff.de mino.l.minor autem.C.vbi ꝛ apud quem lege prima.

¶Sexageſimanona
Non tribunalis loci.

¶Repellitur enim qui ſatagit agere:non in tribunali:ſed in popi-na:vel lupanari:vel quouis alio loco:vbi more maiorum ius reddi non conſueuit.ff.de arbit.lege ſi cum dies.§.penultimo.ff.de iuſtitia ⁊ iure.l.finali.de iudi.l.ſi locus.C.de dilatio.l.a procedente.C.quõ ⁊ quãdo iudex.l.ſi vt ꝑponis.extra de reſcriptis.c.fina.

¶Septuageſima
Continentie cauſſe.

¶Qui enim continentiam cauſſe velit defendere:repellitur.ff.de iudic.l.nulli.extrauagan.de ſequeſtra.poſſ.capitu.j.

¶Septuageſima prima
Diuerſitatis iudicum.

¶Repellitur nanqꝫ ſi ſuper pluribus perſonalib.actor velit reum coram diuerſis trahere extra de reſcrip.c.fin.⁊.c.diſpendia.lib.vj.

¶Septuageſimaſecũda
Reconuentionis coram alio iudice.

¶Reus eñ qui ſit actor reconueniendo actorem repellitur niſi hoc coram eodem iudice agatur.d.c.diſpendia.§.reus.iij.q.viij.c.cuius.C.de ſent.⁊ interlo.om.iudi.authen.Et conſequenter.

¶Septuageſimatertia
Dotis repetende ſine patris conſenſu.

¶Siquidem filia ſine patris conſenſu audienda nõ eſt:in repetitiõe dotis.nec econuerſo.ff.ſoluto matrimo.l.ij.iij.⁊.iiij.

¶Nec etiam mulier conſtante matrimonio poteſt dotem.vel res dotales petere ab aliquo poſſidẽte.C.de col.dot.l.dotis.C.de rei vẽdica.l.dote.⁊ de dotis promiſ.l.ſi pro te.niſi in caſibus:vt de iure delib.C.l.vbi ⁊ auten.ibi poſita.

¶Septuageſimaquarta
Preſcriptionis.

¶Si res que petitur ſit preſcripta.C.de cõſti.pecunia.l.ij.⁊de annali excep.l.j.

¶Septuageſimaquinta
Iudicij.

¶Quandoquidem ſi actor trahat reuꝫ clericum corã ciuili iudice in cauſſa criminali:vel ciuili:ſiue trahens ſit clericus ſiue laicus.

¶Septuageſimaſexta
Conſortij litis.

¶Conſors enim eiuſdem litis:etiam cõiũcta perſona nõ auditur:ſine mandato ante litis conteſta.etiam preſtita cautione:ſed poſt preſtita cautione de rato.C.de conſor.eiuſdem lit.l.ij.

¶Septuageſimaſeptima
Procuratorij.

¶Siquidem qui procuratoreꝫ ad totam cauſſam conſtituit/cũ quo eſt lis conteſtat.nunmodo ipſe non poteſt agere:niſi ex iuſta cauſſa procurator fuerit reuocatus.C.de procura.l.procuratoribus.ff.eo.l.cauſſe.⁊.l.ante litis cõteſtationẽ.⁊.l.ſeq.C.man.l.ſi pater.



¶Spetuageſimaoctaua
Impertinentis reſponſionis ad interrogationem.

¶Qui enim ſe dicit heredẽ:repellitur/niſi dicat:an ex teſtamẽto vel ab inteſtato.ff.de interroga.actio.l.ſi defenſor.§.illud.

¶Septuageſimanona
Deſcriptionis confinium.

¶Petenti fundum nõ reſpondetur:niſi euꝫ exprimat ꝑ deſcriptionẽ confinium.Uide Specu.Sic intelligitur:extra de libel.obla.c.ij.ff.ſi cer.pet.l.certum.ff.de condi.⁊ demonſtra.l.nominatim.

¶Octuageſima
Deſertionis litis.

¶Ator enim qui iterum deſerit litem:ab omni cadit actione ipſo iure anthen.de litigio.§.omnes.in fine.

¶Octuageſimaprima
¶Non electionis.

¶Contra prelatum enim excipitur.quod non fuerit electus.xliiij.diſtin.mandatis:vide hic Specu.Et quod prelatus non habeat conſenſum ſui capituli.

¶Adnotatiuncula.

¶Nemo inuitus cogitur agere vel accuſare.C.vt ne.inui.cog.ager.per totum.⁊.C.de pig.l.creditores.

¶Quandoqꝫ tamen cogitur qui ius ſuum intra certũ tempus proſequi.Quod ſi non fecerit:priuatur iure ſuo agendi:vt.C.de inge.manu.l.diffamari.⁊.C.de remiſſio.pig.l.ſi eo tempore.

¶Quo fit vt ſi quiſpiam imposterũ quorum magnus eſt numerus:velit aliquẽ ſcholarem volentem redire in patriam impedire per vocationẽ in ius:vt ſcilicet maneat ⁊ iuri pareat:põt talis a iudice poſtulare:vt illi terminus ad agendum prefigatur:argu.ff.de opti.leg.l.mancipiorum.⁊.l.cui electio.extra de reſt.ſpolia.c.frequens.§.ſolet.

¶De reo.

¶Reus eſt:qui defendit ⁊ propulſat actionem vel accuſationem:nõ a reatu dictus:ſed a re que petitur ab eo preſtãda:vel ſuper qua ipſe impetitur.

¶Quia quamuis conſcius ſceleris non ſit:Reus tamen dicitur:quã diu in iudicium pro re aliqua petitur.c.forus.extra de verborum ſigni.

¶Porro cum ſupra explicauerimus:quomodo certe perſone nõ poſſunt agere:ſupereſt nũc videre que nõ poſſunt conueniri.

¶Perſone que conueniri non poſſunt.

¶Primo.

¶Miles non cõuenitur vel accuſatur:niſi coram magiſtro militum:nec ab alio punitur.C.de iuriſdi.omnium iudi.l.magiſterie.ff.de cuſto.reo.l.de militibus.ff.de re militari.l.ſecunda.

¶Quod verũ intellige in milite militante:ſecus in milite quem vulgo Snaphanum vocamus:nam is furce aduidicandus eſt.

¶Itẽ nobilis priuilegiatus eſt:ne facile conueniatur.ff.de in ius vo

can.l.ij.extra de purga.ca.ca.j.

¶Secundo.

¶Clericus non pōt trahi coram iudice ſeculari in cauſſa ciuili vel
criminali:nec poteſt huic iuri renuntiare:extra de foro compe. c.
ſi diligenti.C.de epiſ.ꝛ cle.l.cū clericus.ꝛ authen.ſtatuimus.ꝛ au
thē.ſed hodie.ꝛ in authen.de ſancetiſſ.epiſco.§.ſi qui autē cōtra.
ꝛ in authen.vt cle.apud prop.epiſ.per totum.

¶Niſi ratione feudi:vel reconuentionis:ꝛ in alijs caſibus:qui not.
xj.q.j.c.in ſumma.Uide ſpecu.

¶Tertio.

¶Scholaris laicus reſpondebit vel ſub magiſtro ſiue laico:ſiue cle
rico:vel ſub iuſtitiario : vel poteſtate loci : vel ſub epiſcopo :ſub
quo maluerit:vt in proemio ffoꝛum.§. ꝛ hec omnia.ꝛ .§.ſeq.C.ne
fil.pro pa.authēti.habita.Uide Specu.li.j.§.ij.tit.de Reo.

¶Quarto.

¶Medicus/grammaticus/ꝛ profeſſores liberalium artiū ꝛ Doctor
legum:ꝛ oratores ꝛ Philoſophi:in ſe:rebus ſuis:vxoribus ꝛ libe
ris:ol immunitate gaudeant:neque in iudicium deducantur vel
exhibeanť:vt.C.libr.x.de pfeſſo.ꝛ medic.l.medicos.ꝛ.l.fina.ꝛ.l.j.

¶Secus tamē in poetis ꝛ Geomentis.C.eodē.l.j.poete.ꝛ. l.ſequen.

¶Quinto.

¶Conſul/pretor/prefectus:ꝛ maiores magiſtratus:qui merū impe
perium habent:ꝛ qui cum eis ſunt:cauſſas non proſequātur:ſeu
conueniantur.ff.de iudi.l.pars literarum.ff.de iniurijs.l.nec ma=
giſtratibus.

¶Saluis tamen quibuſdam caſibus:In authen . vt iud. ſine quo=
quo ſuff.col.j.§.ſi quis autem.ꝛ in authen.vt diffe.indi.§.ſi tamē.
col.ix.vide Specu.

¶Sexto.

¶Epiſcopus dū ſacra facit:ꝛ Monachi ꝛ heremite:ꝛ is qui cū equo
in cauſſa publica tranſuehitur.ꝛ is vel ea:qui queve nubit:ꝛ Iu
dex dum de cauſſa cognoſcit.Et is cuius cauſſa apud maius tri
tribunal agitur:ꝛ is qui ducit funus familiare:ſeu iuſta mortuo
faciens obſequis:vel qui cadauer per ſe proſequitur ꝛ qui certo
loco cauſſe adeſſe habet:ꝛ infans ꝛ furioſus non conueniuntur.
ff.de in ius vocand.l.ſecunda tertia ꝛ quarta.

¶Septimo.

¶Legati ꝛ ceterorum negotiorum exequutores:coram aliquo ſiue
Rome ſiue alibi non conueniuntur:imo ius reuocandi domum
habent.ff.de iudc.l.ſecunda.ꝛ.l.non alias ꝛ.l.ſequenti.extra de
foro compe.ca.fi.Uide hic Specu.latius.

¶Octauo.

¶heres defuncti aut parens:aut liberi:aut coniunx:aut cognatus:
aut affinis:vel fideiuſſor/vel alius nomine defuncti non conueni
tur intra decem dies ab obitu numerādos.C.de ſepul.viol.l.fin.
ꝛ authenti.ibi poſita.In authen.vt cum de appel.cog.§.pe.

¶Nono.



¶Pater vel patronus venia nō petita.l.quarta.ff.de in ius vocādo.

¶Decimo.

¶Suus heres non conuenitur ante confectionem inuentarij.C.de
iure deliberan.l.fina.extra de teſta.c.Rainaldus.in fi.

¶Undecimo.

¶Is cui conceditur ne intra certum tempus conueniatur non re=
ſpondebit intra illud.C.de precibus imper.offe.l.quoties.

¶Duodecimo.

¶Reus excipiet contra citationes:quod dic vt infra:de citatione.

¶Decimoterio.

¶Pupillus/Uidua/Orphanus/vel Debilis/vel morbo diutino fat=
gatus:ꝛ huiuſmodi perſone miſerabiles:que ſi in principem pro
clament vel etiam eccleſiam:quandoque poſſunt etiam ordina=
ria iudicia declinare.C.quando Imper.Inter pupil.ꝛ viduam.l.
vna.extra de foro competenti.c.ex tenore.De officio delegati.ca.
Significantibus.C.de epiſcopis ꝛ clericis.l.orphanotrophos.

¶Decimoquarto.

¶Reus excipiet de tempore feriato.C.de ferijs.l.omnes.ff.eodē.l.j.
extra eodem.c.fin.de iudic.c.fina.De in ius vocando.l.ſecunda.
in fi.xv.queſtio.quarta.c.placita.

¶Decimoquinto.

¶Infantes vel minores.xxv.ann.vel furioſus:vel mentecaptus/vel
ſimiles perſone ſine tuto.vel curat.authoritate non conueniun=
tur:neque cōtra eos agi poſſunt.ff.de adminiſtra.tutorum.l.j.ꝛ
ſecunda.C.ſi aduerſus rem iudi.l.fi.C.qui legi.perſō.l.j.ꝛ.ij.Itē
nec filiusfamilias.Uide Specu.

¶Decimoſexto.

¶Republica acephala conueniri non poteſt:ſicut nec minor.C.libr.
xj.de curato.rei pub.C.quibus ex cauſſis maio.in integ.reſtitu.l.
reſpub.ꝛ ſicut nec eccleſia.extra ne ſede vacante.c.fi.

¶Decimoſeptimo.

¶Tutor vel curator vel alius adminiſtrator:maxime neceſſarius:fi
nito officio non conueniuntur de contractibus bona fide initis
cum eo:nomine eorum quorum negotia geſſerunt.C.quando ex
facto tuto.vel curato.conue.l.poſt mortem.ff.de re iudi.l.quarta
C.de admini.tut.l.cum quidam.

¶Decimooctauo.

¶Seruus/monachus/cōuerſus/profeſſus/ꝛ huiuſmodi non conue=
niūtur.C.de Iudi.l.ſeruus.ꝛ.l.ſequi.extra de ſind.c.vnico.ff.de
iud.l.lis nulla.nec etiam agere poſſunt.

¶Decimonono.

¶Qui negat ſe ſeruum habere vel in poteſtate ſua;nō eſſe non con=
uenitur rei vendica.vel noxa.actio.ff.de rei vendica.l.penul.§.fi
na.vt.ff.ſi ex noxa.cau.aga.l.ij.extra de iudi.c.examinata.

¶Uiceſimo.

¶Is qui nulla tenetur actione.ff.de eden.l.quidam.ff.ad exhiben.
l.theſaurus.

¶ Uiceſimoprimo.

¶ Qui infirmitate detentus eſt: conueniri non poteſt: vel qui ad maius tribunal vocatꝰ eſt. ff. de iudi. l. ſi pretor. ff. de iudi. l. queſitū. §. fi. extra de procurat. c. ij. ⁊. v. queſtione. ij. c. ſi egrotans.

¶ Uiceſimoſecundo.

¶ Reus qui debitum confitetur: ⁊ paratus eſt ſoluere: non cogitur iudicium ſuſcipere. ff. de iudi. l. ſi debitor. Quod ſi partem confiteatur: per illam etiam non cogetur. ff. ſi cer. peta. l. quidam exiſtimauerunt.

¶ De accuſatore ⁊ accuſato hic nihil dicemꝰ: ſed infra ſuo loco nempe vbi de ordine iudiciario cauſſarum criminaliū tractabimus.

¶ De his qui alieno nomine in iudicio interueniunt.

¶ Qui autem ſint ſupra in tabula. Nūc de eis ex ordine Et primo

¶ De procuratore.

¶ Procurator eſt qui aliena negotia mandato domini gratuito adminiſtrat. ff. de procuratoribus. l. prima. ⁊. l. tertia. para. negotiorum. ff. negotio. geſt. v. queſtione tertia. c. quia epiſcopus.

¶ Et large quilibet nuntius eſt procurator: ſed non contra.

¶ Nuntius enim eſt is: qui vicem gerit epiſtole eſt que organum ⁊ vox domini mittentis ipſum.

¶ Negotiorum autem geſtor qui ſine mandato gerit. Inſtitu. de oblig. que ex quaſi delect. naſ. §. primo.

¶ Large ſecūdum canones dicitur omnis adminiſtrator. j. queſtione. iij. cap. ſaluator.

¶ Proprie ⁊ ſecundum canones: ⁊ leges eſt: qui aliena negotia tractat: vt ſupra.

¶ Dicitur autem mandato domini ad excludendum tutorem: curatorem: collegia ⁊ prelatos eccleſie: qui procuratorem non poſſunt inſtituere. Sed Actorem vel ſyndicum.

¶ Dicit̄ deide gratuite: q̄ ſi interueniat merces eſt locator operū.

¶ Hoc intelligas quod non poteſt paciſci de quota: poteſt tamen accipere ſalarium.

¶ Procuratorum due ſunt ſpecies.

¶ Alius enim datur ad iudicia: ⁊ ille non poteſt aliū ſubſtinere: niſi poſt litis conteſtationē. ⁊ non datur niſi maior. xxv. annis.

¶ Et poteſt dari vel omnium rerum vel vnius: ⁊ conſtituitur coram vel per nuntium: vel per epiſtolam. l. j. ff. de procura. quam vide.

¶ Alius ad negotia: ⁊ ille poteſt alium ſemper ſubſtituere: ⁊ libere: extra de procu. c. primo. l. vj. ⁊ poteſt dari poſt. xvij. an.

¶ Habes ⁊ aliam differentiam inter procuratorem ad iudicia ⁊ ad negotia: quam vide in. c. ex parte decani. extra de reſcrip.

¶ Procuratoris conſtitutio generalis.

¶ Conſtituitur generaliter ꝓcurator in qualibet cauſſa ſpiritualis ſcilicet ⁊ ſeculari: ſpirituali: vt extra de integrum reſtitu. c. cum veniſſet. Pecuniaria ⁊ ciuili. C. de procura. l. licet. ⁊ vbicunque non prohibetur.

¶ Et cōſtituitur in omnibꝰ cauſſis: ⁊ in vna ⁊ p̄ſentialiter: ⁊ abſens



per nuntium: vel per epiſtolā: dum tamen certus ſit ad litem preſentem ⁊ futuram: in die ⁊ vſque ad diem: ⁊ ſub conditione ⁊ in perpetuū: ⁊ ad generales cauſſas ⁊ ſpeciales. ff. eodē. l. j. ij. iij. ⁊ iiij. ⁊. ff. mand. l. prima. Uide hic latius Specula.

¶ Procuratoris conſtitutio ſpecialis.

¶ Procurator conſtituitur quandoq; vel in rem ſuam: vt. ff. de procura. l. procuratore. ⁊. ff. de iureiurand. l. iuſiurandum in fine.

¶ Uel in rem ſeu cauſſam alienam: ⁊ opponitur quandoque contra eum: vel

¶ Ratione ſui ⁊ cauſſe.
¶ Ratione conſtituentis.
¶ Ratione forme conſtitutionis.
¶ Contra procuratorem in rem ſuam conſtitutum exceptiones.

¶ Prima.

¶ Nullus Titulus eſt in procuratione incertus: nā nuda traditio ⁊ ſine cauſſa facta: in rebus corporalibus non transfert dominiū l. nunquam nuda. ff. de acquiren. rer. domi.

¶ Secunda.

¶ Actio ceſſa eſt dubitata: id eſt: in iudicium deducta: quare non tenet ceſſio. C. de litigan. l. ij. ⁊ fin. extra de alie. iudic. primo iuuan. cauſſa facta. c. ij.

¶ Tertia.

¶ Actio eſt pro parte vendita: ⁊ pro parte donata. l. fina. C. manda.

¶ Quarta.

¶ Ceſſio fuit ſimulata. C. plus valere quod agitur: per totum extra qui fil. ſint legit. cap̄. per tuas. Quod preſumitur in caſibus: de quibus ſupra in materia ceſſionis.

¶ Quinta.

¶ Ceſſio facta eſt tutori vel curatori contra minorē adminiſtratione durante. C. qui dare tuto. vel curat. poſ. authen. minoris.

¶ Sexto.

¶ Debitor delegatus obijciet contra procuratorem in rem ſuam conſtitutum ſic. Domine Petre ego ſolui creditori meo: qui me tibi delegauit: priuſquam mihi denuntiares vel priuſquam fuerit mecum litem conteſtatus. C. de noua. l. tertia.

¶ Septimo.

¶ Si cōſtitutus ſit procurator in cauſſa lucratiua: nō debet audiri niſi ſatiſdet de reconuento domino defendendo. ff. de procu. l. ſeruum quoque. §. fi. ⁊. l. fi.

¶ Secus ſi non lucratiua: puta quia emit: tunc enim non cogitur defendere. ff. eo. l. ſi quis in rem.

¶ Octauo.

¶ Conſtitutus procurator ⁊ cui ceſſio facta eſt: cenſet̄ ratione potentie vel dignitatis terribilis. C. ne lice. poten. lege prima para. primo. ⁊. l. fina.

¶Nona

¶Ceſſa iura ſunt ab illo qui cedere non potuit. Prohibetur autem minor cedere ſine tutoris: vel curatoris autoritate.

¶Item tutor vel curator ſine pupillo: niſi abſens ſit vel fari non poſſit. ff. ad treb. l. reſtituta.

¶Item furioſus/prodigus/vt. ff. de verb. obli. l. is cui.

¶Itē pater filio. ff. de cōtrahē. emp. l. ij. vide latius Spe. lib. j. parte. iij. tit. de procu. in rem ſuā conſti. qui aliqua pulchra dubia reſoluit circa hanc materiā: ⁊ bonas deſcribit annotationes.

¶Et aduerte procuratorem in rem ſuam quecunque facere poſſe. Item ſe obligare poteſt ⁊ actionem habet.

¶Utrum autem procurator in rem ſuam dicatur proprie procurator: vide glo. in. l. j. in verbo aliena. ff. de procura. quam Bal. ſequitur ⁊ commendat.

¶De procuratore ſimpliciter in rem ⁊ cauſſam alienam conſtituto. Et primo quomodo opponatur ratione ſui ⁊ cauſſe.

¶Oppoſitio prima

¶Excommunicatus: extra de proba. c. poſt ceſſionē. De of. deleg. c. prudentia. §. ſex. de iudi. c. intelleximus. vide Specula.

¶Secunda

¶Quod ſit mulier: que non poteſt hoc officiū exercere: videlicet procurationis ad iudicia: ſʒ ad negotia. ſic. ff. de nego. geſt. l. iij. §. j.

¶Sed quod ad iudicia non poſſit: probatur. ff. de procu. l. neque femina. ff. ad velleianum. l. ij. C. eod. l. quia. ⁊. l. alienam.

¶In certis tamen caſibus mulier procuratrix admittitur.

¶Quinque caſus: quibus mulier procuratrix admittitur.

¶Primo

¶Si ſit in rem ſuam conſtituta. C. de procu. l. quia te.

¶Secundo

¶Pro parente in neceſſitate. ff. eo. l. feminas.

¶Tertio

¶Quando filiorum tutelam gerit. C. quando mulier tut. offi. fungi poteſt. l. fina. ⁊ authen. ibi poſita: extra de appellatio. c. ex parte.

¶Quarto

¶Cum agitur pro libertate filij/vel patris/ vel fratris vel viri alterius de ſanguine. ff. de liberali cauſſa. l. iij.

¶Quinto

¶In cauſſa filij per ſententiam condemnati: quia appellat pro eo ⁊ cauſſam proſequitur. ff. de appella. recip. vel non. l. j. §. fina.

¶Uide hic latius Specu. qui ponit. xj. articulos in quibus femine ſunt viris meliores: ⁊ ſubinde ponit. xiij. caſus in quibus ſimilis eſt conditio mulieris ⁊ viri: preterea. xxxvij. in quibus mulier eſt deterioris conditionis: quam vir.

¶Tertia oppoſitio contra procuratorem in rem ⁊ cauſſam alienam conſtitutum.

¶Non habet literas de rato: ꝙuis habeat ꝑcuratorias: extra de relig. domi. c. pe. ⁊ extra de tranſac. c. contingit. C. de procu. l. prima vide Spec.



¶Quarta.

¶Maritus non admittitur pro vxore: niſi ad hoc litere procurationis cōtinent. C. de procur. l. maritus. in fi. quod alias nō poſſit.

¶Quinta.

¶Licet habeat generale mādatū: tñ talis eſt cauſſa in qua exigeitur ſpeciale quod cōtingit in. xxiiij. caſib⁹. quos apud Specu. vide.

¶Sexta.

¶Non poteſt audire ſentētiam niſi ad hoc vel ad totam cauſſam fuerit conſtitutus: vt. C. de tranſactio. l. trāſactionis. Uide Spec.

¶Septima.

¶Minor. xxv. annis. ff. de procura. l. minor. in prin. C. eod. l. exigendi. C. qui legi. perſo. l. j. ⁊. ij.

¶Octaua.

¶Cauſſa criminalis publica vel priuata: in qua procurator non interuenit in agendo vel defendendo. ff. de publi. iud. l. penulti. extra de procu. c. tue. de accuſa. c. veniens. vide Specu. Sed hec regula fallit in. xiiij. caſibus in quibus cauſſis criminalibus interuenire poteſt procurator: quos vide a Specu. pulchre enumeratos hic. Uide ⁊ mente tene.

¶Nona.

¶Cauſſa ſtatus: in qua non interuenit procurator niſi vbi quis eſt poſſeſſione libertatis: tūc niſi trahatur de poſſeſſione ingenuitatis in ſeruitutem poteſt conſtituere procuratorē. Si vero de poſſeſſione ſeruitutis proclamet ingenuitatē: tunc nō cōſtituit. C. de aſſer. tol. l. j. ff. eo. l. Seruum. §. cuʒ vero. C. de ord. cogni. l. ſi ſtat⁹.

¶Decima.

¶Procurator contra eccleſiam in qua beneficium habet: extra de poſtula. c. fi.

¶Undecima.

¶Accuſatio criminis pendet contra eum. ff. de procura. l. reum. C. libr. x. de reis poſt. l. vnica. iij. q. ij. c. neganda. extra de teſt. c. ſtli. de accu. c. omnipotens. ⁊. c. cum. P.

¶Duodecima.

¶Miles eſt. C. de condi. ob cau. da. l. ſi militis. C. de procu. l. militis. ⁊. l. conſtipendia. ⁊. l. ita demum. ff. eo. l. neq;.

¶Niſi ſit in rem ſuam factus: vel niſi ſit lis conteſtata cum eo: vel niſi cauſſa ſui muneri. ff. eodem. l. filiuſſami. §. Ueterani.

¶Et intellige premiſſa de milite militāte. Secus in veterano. ff. eo. §. veterani. Uide Speculatorem.

¶Decimatertia.

¶Conſtitutus eſt in iudicio ante litis conteſtationem a tutore vel curatore: quod non valet. C. de procurato. l. neque ad negotia. tamen omni tempore poſſum conſtituere. ff. mandati. l. ſi procuratorem. §. ſi tutores.

¶Decimaquarta.

¶Cōſtitutus eſt a procuratore ad litem, quod fieri nō pōt niſi poſt

litis conteſtationem conſtituatur ab eo: qui generale mandatũ habuerit ad totam cauſſam. C. de procuratoribus. l. quod quis. l. neque. in fi. l. procuratoribus. ꝛ. l. ſequenti.

¶Et niſi in rem ſuam datus. C. de donationibus. l. illa. vel ad negotia. ff. de procurato. l. Si procuratorem. §. i. extra vt lite non conteſtata capi. primo. Uide hic Speculatorem multa in dubio vocantem.

¶Decimaquinta.

¶Mandatum habet ſolum ad agendum. vel licet de rato cauerit: non tamen ad defendendum: quod tamẽ eſt neceſſe. extra de procu. c. accedens. ff. eo. l. mutus. §. pena. ꝛ. §. ſi ꝛ he. §. prete. C. eod. l. actionem. ꝛ. l. eum qui. imo condemnabitur ad expenſas. argu. extra eo. c. conſtitutus. Uide Specula.

¶Decimaſexta.

¶Reuocatus eſt: quia poſt eum alter conſtitutus eſt ante litẽ cõteſt. vel ſi ſimul dati fuerint: quod alter prius cauſſam hanc occupauit: ſi inſtrumento procurationis cautum ſit quod ſit melior conditio occupantis. extra eodem. c. non iniuſte. ff. eo. l. pluris. ꝛ. l. ſi quis cum procuratorio. in fi.

¶Decimaſeptima.

¶Non cauit de rato: ꝛ dubium eſt de mandato. C. de procura. l. prima. Et hoc ſiue interueniat ante lit. conteſ. vt. ff. eodem. l. pompo. §. rati. ſiue poſt. C. de conſort. eiuſ. lit. l. ij.

¶Decimaoctaua.

¶Excedit fines mandati: ꝛ quod facit aliud ꝙ ſibi fuerat mãdatũ. C. eodem. l. ſi procu. l. maritus. ꝛ. C. de tranſact. tranſationis. extra de elect. c. innotuit. in fi.

¶Decimanona

¶Non iurauit iuxta tenorem conſtitutionis clemen. x. extra de poſtul. c. properandum.

¶Uiceſima

¶Monachus: canonicus regularis: ꝛ quilibet alius regularis: nec habet mandatum ſui ſuperioris: etiaʒ in propria cauſſa: extra ne cleri. vel mona. c. iij. ꝛ. xij. q. i. c. non dicatis: extra de poſtu. c. ij.

¶Uiceſimaprima

¶Epiſcopus eſt: vel ſacerdos ſecularis: vel in ſacris ordinibus exiſtens: vel in minoribus: eſt ꝛ beneficiatus: extra ne cle. vel mo. c. i. ꝛ. ij. xij. q. iij. c. i. in authen. col. ix. de ſanciſſ. epiſ. §. deo amabiles. et. §. ſequen. C. de epiſco. ꝛ cle. l. repetita.

¶Niſi pro miſerabilibus perſonis ꝛ coniunctis ꝛ pro eccleſijs ſuis extra de poſtu. c. i. ꝛ fi. maxime in cauſſis laicorum ꝛ in foro ſeculari. Uide Speculatorem.

¶Uiceſimaſecunda

¶Laicus eſt: ꝛ cauſſa ſpiritualis: ꝛ generaliter quod non poteſt pro ſe vel alio agere: pro re quam ipſe nequit poſſidere. arg. extra. de elect. c. ſacroſancta. ꝛ. c. maſſana. de preſcrip. Uide latius Speculatorem.

¶Contra



¶Contra procuratorem in rem alienam conſtitutum ratione ſui ꝛ cauſſe.

¶Exceptio prima.

¶In magiſtratu eſt. ff. eodem. l. neq; femina. C. eodeʒ. l. penultima. ij. queſtione prima. c. prohibetur.

¶Secunda.

¶Furioſus. ff. de procuratoribus. l. ij. ꝛ. l. mutus vel mentecaptus: vel prodigus cui bonis eſt interdictum. ff. de regu. iuris. l. ij. vel ſurdus: vt in dicta. l. mutus. ff. de poſtu. l. prima. §. item furioſus.

¶Tertia.

¶Potentior. C. ne liceat potẽ. l. i. extra de alie. iudi. mut. cauſſ. fact. capitu. ſecundo.

¶Quarta.

¶Fiſcus vel reſpublica. C. ne fiſc. vel reſpub. procur. alie. per totuʒ.

¶Quinta.

¶Infamis. iij. queſtione ſeptima. cap̃. infamis. ꝛ. v. queſtione. iij. c. quia epiſcopi.

¶Sed contrariuʒ videtur dici. inſtitu. de except. §. fina. Reſpon. ibi modica infamia: hic de maxima.

¶Sexta.

¶Omnino cauſſam ignorat: vt extra de iuramento calumnie. c. in pertractandis. debet enim talis conſtitui ꝗ in lite interrogatus de facili reſpondeat: quia nõ habebit inducias ad conſulendũ dñiũ niſi ex iuſta ac euidẽti cauſſa. C. de ꝓcu. l. fi. ff. eo. l. ſi actor.

¶Septima.

¶Quod dñs ſit eo iuſtior: vel quod cauſſa eſt vehemens in qua tenetur dominus ꝑſonaliter comparere. l. fina. C. de procu.

¶Octaua.

¶Seruus. ff. de procu. l. ſeruum. C. de iudic. l. Seruus. ſed ad negotia poteſt eſſe procura.

¶Nona.

¶Amiſit ciuitatem vel libertatem: vt. C. de procurato. l. reum. ff. de accu. l. qui iudicio.

¶Decima.

¶Accuſatus eſt de capitali crimine. l. reum. C. de procur. l. qui iudicio. publico. ff. de accu.

¶Undecima.

¶Filiuſfamilias: ꝛ in eius conſtitutione non interuenit patris conſenſus. Uide Speculatorem.

¶Duodecima.

¶Medicus ſeu parabolanus. C. de. epiſc. ꝛ cle. l. placet.

¶Decimatertia.

¶Redemptor litis. ff. mandati. l. ſi remunerandi. §. manens. Quod eſt contra pleroſq; nobiles Germanie: qui ſolent emere actiones ꝛ lites contra ciuitates: vt occaſionem prede habeant. C. de procuratoribus. l. litis. quam vide.

¶Decimaquarta.

¶Non habet mandatum: nec oſtendit: nec eſt coniuncta perſona. ff. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. ſi. ⁊. l. ſequen. ⁊. l. ſi autem. C. de pro- cu. l. licet. extra eo. c. j. ⁊. c. in noſtra.
¶Et putat hic Specula. quod ſi procura. in principio litis manda- tum occultat: dominus condemnatur. Secus ſi poſtquam agere cepit: ⁊ factus dominus litis contumax ſit.

¶Decimaquinta

¶Quod mandatum ſit finitum.

¶Decimaſexta

¶Certa ſpecies eſt in mandato eius: ⁊ ipſe ſuper aliis agit. C. de pro cu. l. ſi procurator.

¶Decimaſeptima.

¶Mandatum fuit ante litem reuocatum quod poteſt fieri etiam ſi ne cauſſe cognitione. ff. de procu. l. ante litem. extra. e. c. in noſtra inſti. mandati. §. recte. Uide Specu. latius.
¶Reuocatio aũt ꝓcuratoris debet peruenire ad aduerſariũ vel ad iudicem: quod ſi non fiat: valet nihilominus qđ poſtea fit cũ eo.
¶Secus ſi perueniat: extra eodem. c. ex inſinuatione. ⁊ ca. in preſen tia. de reſcriptis. c. ex parte.
Et hoc poſt litem conteſta. Nam ſi ante: non eſt neceſſe quod perue niat ad aduerſarium vel iudicem dũ tamen perueniat ad ipſum procuratorem. vide Specu. cui non omnia hec placent.

¶Decimaoctaua.

¶Dominus procedit in cauſſa poſtea: quare videtur eum reuocaſſe quod poteſt re integra indiſtincte. ff. eod. l. ante litẽ. ⁊. l. paulus.

¶Decimanona.

¶Fuit ei expreſſe a domino inhibitum: ne litem ſuſcipiat. extra eo. c. ex inſinuatione.

¶Uiceſima

¶Procurator ipſe reſignauit procurationem re integra. ff. eodem. l. mutari. ⁊. l. precedenti. ⁊. l. ſequenti. inſtit. manda. §. recte.
¶Si vera non eſſet integra. ipſe puniretur in litem.

¶Uiceſimaprima.

¶Quod falſus ſit procurator: vnde non valet quicquid cum eo fit: extra eo. c. in noſtra. imo punitur. ff. eo. l. licet.

¶Uiceſimaſecunda.

¶Quod procurator nõ ſit legaliter miſſus: extra eod. c. j. legaliter autem intellige ſecundum ea que dicentur infra quando excipi tur contra procuratorem ratione forme in eo. iij. ⁊. iiij. modis.

¶Uiceſimatertia.

¶Qui reipublice cauſſa abfuturus eſt ⁊ morbo perpetuo impedi- tus: ⁊ qui magiſtratum initurus eſt: reʒ nõ poteſt defendere neqʒ procurator eſſe. ff. eodem. lege neqʒ femina.

¶Quando contra procuratorem oppona- tur ratione conſtituentis.

¶Oppoſitio prima.

¶Monachus vel canonicus vel alius regularis: q̃ nõ poſſunt actio



nes per ſe mouere: vt ſupra de actore vidimus. Ergo nec aliis committere. vide Speculatorem.

¶Secunda

¶Seruus vel deportatus vel bannitus (vt vocant) in perpetuum: qui pro deportato ⁊ pro mortuo habetur. ff. eodem. l. ſeruum quoque. vide Speculatorem.

¶Tertia

¶Conſtituens eſt excommunicatꝰ vel erat: extra de procurato. c. ſi.

¶Quarta

¶Conſtituens impetrauit veniam etatis: quare non potuerit cõſti tuere neqʒ agere procuratorem. C. de his qui veni. eta. impet. l. ij.

¶Quinta

¶Conſtituens eſt abbas: qui ſine conſenſu conuentus conſtituere non poteſt extra de arbi. c. per tuas. Uide hic diffuſius Specula.

¶Sexta

¶Conſtituens eſt minor. xxv. annis. nec tutoris nec curatoris au- thoritas interuenit. C. eo. l. neque. ⁊. l. non eo minus. C. ſi aduer. rem iudic. l. cum ⁊ minores.

¶Septima

¶Conſtitutus a ꝓcuratore ad litem: quod fieri nõ poteſt: niſi poſt litem conteſta. dic vt ſupra de exceptione: ratione ſui ⁊ cauſſe.

¶Octaua

¶Conſtitutus fuerit ab actore ciuitatis qui non poteſt cõſtituere. ff. de procu. l. nec ciuitas.

¶Nona

¶Conſtitutus fuit a tutore vel curatore ante litẽ cõteſta. cum eis: quod fieri non põt: quia non ſunt domini: ſed poſt ſic. vide Spe.

¶Decima

¶Conſtitutus requiſitus de calum. non iurauit: cum fuit conſtitu tus: vnde non valet ſecundum quoſdam. C. de iura. calum. l. ij. §. ſin autem adfuerit.

¶Undecima

¶Conſtitutꝰ ab infami. inſti. de except. §. fin. qui. §. dicit plane Triũ.
¶Sed dices: ibi de leui infamia: hic de graui.

¶Duodecima

¶Conſtituens eſt filiuſfami. qui non poteſt conſtituere procurato- rem ad agendum: cum exercitium ſuarum actionum ad patrem pertineat. C. de anna. except. l. j. in fi.
¶Niſi in certis caſibus. ff. de procu. l. filiuſfami.
¶Sed ad defendendum ſemper poteſt. ff. eodem. l. ſeruum quoque reſponſo. primo.

¶Decimatertia

¶Conſtituens erat reus criminis leſe maieſtatis. C. ad. l. iuliam maieſta. l. fina.

¶Decimaquarta

¶Conſtituens re integra obijt. C. manda. l. mandatũ. ff. eod. l. inter cauſſas. inſtitu. eod. §. item ſi adhuc. extra de offi. deleg. c. j. ⁊. c.

gratum.ꝛ.c.relatum.

¶Decimaquinta.

¶Clericus conſtitutus a laico extra ne cleri.vel monachi.capitu primo ꝛ ſecundo.

¶Decimaſexta.

¶Quod dominus nouerit veritatem ꝛ procurator igno.

¶Decimaſeptima.

¶Et dominus eſt iuſtus ꝛ legalis:procurator autem perfidus ꝛ infidelis.ff.eod.l.ſi actor. C.eodem.l.fina.

¶Decimaoctaua.

¶Conſtitutus ab eo qui de ſtatu ſuo litigat:vel furioſo:vel mente capto:vel prodigo poſt interdictum factum.

¶Et generaliter ab eo qui non habet liberaꝫ bonorum adminiſtratione.ff.de procura.l. ſeruũ.in principio.C. de aſſer.tollen.l. pri.

¶Decimanona.

¶Conſtitutus eſt generaliter ab eo qui conſtituere non poteſt.

¶Poteſt autem quilibet conſtituere niſi prohibeatur.ff. eodem.l. mutus.§. primo.

¶Prohibentur vero ſupra ſcripture perſone:vide latius Specu.

¶Quando ratione forme opponitur contra procuratorem.

¶Oppoſitio prima.

¶Non continetur in literis ſeu inſtrumento cõſtitutionis ad quod ſit conſtitutus:puta ad agedum vel defendendum:extra eodem. c.accedens.ꝛ.c.conſtitutis.de appellatio.c.nicolao.

¶Secunda.

¶Litere procurationis parti vel iudici non diriguntur. Quod fieri debet.l.ſi procuratorem. ff.de procura.ꝛ.ff. rem ratam habere.l. ne ſatiſdatio.

¶Tertia.

¶Litere non ſunt facte per manum publicaꝫ:vel quod tabellio fuit ignotus: vel ſeruus:vel vilis vel deportatus.

¶His enim obiectis vacillat fides inſtrumẽti.vide Speculatorem.

¶Quarta.

¶In literis procuratoris rei dominus non expoſuit ſatiſdationem per quam ipſe dominus ſub hypotheca rerũ ſuarum fideiuſſor.procuratoris exiſtat.iudicatũ ſolui.inſtit.de ſatiſda.§.ſi vero aliqs.

¶Etiam apud acta conſtituatur.C.eodem.l.vnica.in fine.C.de conſor.eiuſdem litis.l.ij.

¶Quinta.

¶Quod ipſe fuerit generaliter conſtitutus ꝛ alter ſpecialiter.ff.eodem.l.j.ij.ꝛ.iij. extra eo.c.j.de reſcriptis.c.j.

¶Uerumtamen niſi ſpeciale ſequatur generale valet vt ſufficit ad lites.ff.pro ſoc.l.actione.§.renuntiare.ff.de iniurijs.l.ſed vnius.§.procurat.niſi in caſibus.

¶Sexta.

¶Licet generaliter ad omnes cauſſas ſit conſtitutus.tamen tantũ



ciuiles reſpicit ꝛ non criminales.vide Speculatorem.

¶Septima.

¶Licet plures ſint ſimul ꝛ inſolidũ dati:alter tamen prius hoc officium occupauit: quam is qui nunc vult agere vel defendere. vt extra de procu.c.non tamen iuſte.vbi de hoc vide latius Spe.

¶Octaua.

¶Licet habeat mandatum ad agen.non tamen ad defendendum. dic vt ſupra.

¶Adnotatiuncula.

¶In mandato procuratoris rei debet contineri nomen conſtituentis ꝛ cõſtituti:ꝛ contra quem:ꝛ in qua cauſſa cõſtituitur.ꝛ quod tantum habebit dominus quod cum eo actum erit. ꝛ coram quo iudice:maxime ſi ſit delegatus.

¶Nam ſi ſit ordinarius:non eſt multũ neceſſe fieri de eo mentionẽ.

¶Et e litere debẽt aduerſario mitti:vt certus ſit:ꝛ per eas releuetur procurator a ſatiſdatione.ff.de procur.l.ſi procurator.

¶Exceptio pcuratoria dilatoria eſt.ff.de exceptio.l.ij.in fine.ꝛ.l.iij.

¶Et probanda eſt ab eo qui eam opponit.ff. de excep.l.in probationibus.§.ſed ꝛ ſi procur.

¶Item paria ſunt dicere aliquem non eſſe procuratorem: vel non poſſe eſſe.

¶Falſus procurator dicitur:qui.

¶Uel fines mandati excedit:extra de offic.delega.c.cum olim.

¶Uel nunquam fuit.

¶Uel fuit ſed nunc non eſt.Et quod a talibus fitan teneat:not.extra de reſ.c.ex parte decani.

¶Procuratorium originale.

¶In iudicio exhibitum non debet parti producenti reddi ſi ſit ſpeciale ad cauſſam illam tantum.

¶Secus ſi ſit generale ad hanc ꝛ ad alias:tunc enim reſtituitur copia retenta.Sed de his vide latius Speculatorẽ de editione inſtrumentorũ.§.nunc dicamus.ver.illud autem.ꝛ ſeq.l.ij.par.ij.

¶Uerum de formis procurationum. Uide apud eundem libro primo.parte tertia.titulo de procuratoribus.§. vt autem.

¶De coniuncta perſona.

¶Quedam ſunt perſone que ſine mãdato pro alio agentes admittuntur:preſtita tamen cautione de rato: vt ſunt coniuncte perſone ſcilicet conſanguinei affines liberi ꝛ liberti.ff.de procura. l.ſed hec perſone.in princip.ff.iudic.ſol.l.ita tamen.§.ij.extra de reſcrip.c.nonnulli ꝛ.c.ex parte.in fi.

¶Non tamẽ ſine cautione predicta.ff.iudica.ſol.l.iij.§.ſed ſi forte.

¶Et eoipſo differunt priuilegio ab extraneis. Naꝫ extraneus ſi conſtet eum non habere mandatum:non admittitur cum predicta cautione:verum ſi coniuncta perſona.

¶Preterea in cauſſa vxoris eſt coniuncta perſona.C.eo.l.maritus. ꝛ.l.ij. xvij.q.iiij.c.vxor.

¶Item clerici in cauſſa eccleſie ſue cenſentur coniuncte perſone.vi

e iij

de hic Speculatorem.

¶Contra coniunctam perſonam pro alio agentem ſic excipitur.

¶Primo.

¶Non eſt de coniunctis perſonis:quia non eſt cognatus neqꝫ agnatus.Item non eſt affinis vel conſanguineus.

¶Secundo.

¶Coniuncta perſona minor repellitur:quia minor aliquis non admittitur:vt ſupra diximus.

¶Tertio.

¶Is pro quo agit eſt minor:quia licet agẽs ſit cõiuncta perſona facto nõ admittitur pro eo:niſi tutor vel curator.C.eo.l.nõ eo min⁹.

¶Quarto.

¶Coniuncta illa perſona non cauit de rato.ff.eodem. ſed ꝛ he perſone.in princip.C.eo.l.j.de admini.tuto.l.tutores extra eodem.c.j.ff.de adminiſtr.tuto.l.valgo.

¶Contra coniunctam perſonam opponitur.

¶Primo.

¶Agit cõiuncta illa perſona cõtra voluntatẽ principalis.vide Spe.

¶Secundo.

¶Talis eſt cauſſa in qua procurator non interuenit: vt in precedenti dictum eſt.

¶Tertio.

¶Mulier eſt:vt.ff.de procura.l.femina. niſi admittatur mater vel auia tanquam tutrix:vt ſupra.

¶Quarto.

¶Seruus eſt:vel ipſe agens:vel ille pro quo agit:vt ſupra.

¶Quinto.

¶Cauſſa eſt ſpiritualis:puta ſuper beneficio eccleſiaſtico: in qua pater vel alia coniuncta perſona non admittitur ſine mandato: ꝛ cum cautione.

¶Nec pater pro filio poteſt facere procuratorem ad beneficium petendum:ſecundum quoſdam.C.de Epiſcopis ꝛ clericis.l.ſacroſancte.C. de bonis que liberis.l.cum oport.§.ſi quis, extra de teſtamen.c.quia nos.

¶Sexto.

¶Filius non admittitur pro parte in cauſſa peculij.

¶Septimo.

¶Generaliter poteſt obijci:quod eſt hereticus:bannitus: ſchiſmaticus/apoſtata/ꝛ huiuſmodi.extra de exceptio.capitu.apoſtolice.xij.queſtione ſecunda.c.cum deuotiſſimã.Uide Speculatorẽ.

¶Octauo.

¶Obijciuntur generales exceptiones ratione cauſſe ꝛ ratione eius qui agit.Uide Speculatorem.

¶De defenſore.

¶Defenſor eſt qui abſque mandato ſe alicuius defenſioni offert.ff.de procuratorib⁹.l.minor vigintiquinqꝫ annis.inſtitu.de ſatiſdationibus.§.ad eius.



¶Secundum Canones etiam exorciſt.dicitur defenſor:vt.lxxvij.diſtinct.c.in ſingulis. ꝛ.c.monachus. cuius officium eſt corpora a demonibus defendere: vt. xxiij. diſtinct.c. exorciſta. de conſecra. diſtin.v.c. omni die.

¶Dicitur etiam defenſor rerum eccleſiaſticarum procurator:extra de rebus eccle.non alie.c.ſi quis preſbyterorum.l.j.§.iij.titu.de his qui alieno.in principio.

¶Contra defenſorem generaliter obijcitur.

¶Primo.

¶Quod contra principalem perſonam obijci potuiſſet pro qua interuenit: idem contra defenſorem opponi poteſt: de quo dic vt ſupra de actore.

¶Secundo.

¶Quod contra procuratorem obijci poteſt:idem ꝛ contra defenſorem.dic vt ſupra de procurato.

¶Tertio.

¶Quod non cauit de iudicato ſoluendo.C.de procurato.lib.primo extra eo.c.primo.ꝛ.c.mandato.

¶Defenſor conſtitui poteſt a minore parte vniuerſitatis. ff.quod cuiuſqꝫ vniuer.l.nulli.l.plane.

¶Uide hic certa dubia mota ꝛ diſcuſſa per Speculatorem. lib.primo.§.iij.titu.de defenſore.

¶De excuſatore.

¶Excuſator eſt is:qui venit ad proponendum cauſſas abſentie alicuius:qui non poterat vel ratione ſui:vel cauſſe procuratorem conſtituere:vel qui vocatus erat vt perſonaliter veniret.

¶Uel eſt qui ſine mandato ad cauſſam:ad pretendendum excuſationes ſeu cauſſas abſentie mittitur:extra de electio.c.bone memorie.§.nos igitur.extra de dolo ꝛ contuma.c.cum dilect.§.ſed contra. extra de accuſa.c. veniens.

¶Excipitur contra excuſatorem.

¶Primo.

¶Quod ſit ſimplex nuntius.quare non valet:extra de priuile.c.ex parte abbatiſſe.de electione.c.bone.

¶Secundo.

¶Quod eadem opera ꝛ ita potuiſſet mitti procurator:ſicut excuſator: vt in dicto.c.cum dilecti.ꝛ.c.bone.

¶De quo dic vt not.extra de procu.c.querelam. Uide latius Spe.

¶De ſyndico.

¶Syndicus eſt procurator vniuerſitatis vel collegij pro rato ſalario ad iudicia conſtitutus: ſcilicet qui cauſſas vniuerſitatis vel agit vel defendit.

¶Et dicitur ſyndic⁹ ſecundũ Specu.quaſi ſingulorũ de vniuerſitate vel collegio cauſſas dicens.ff.de muneri.ꝛ hono.l.munerũ.§.ij.

¶Dicitur a greco vbo:ſyndicin id eſt:ad eſſe/patrocinari/defendere/patrocinium ſuum in cauſſam communem afferre.

¶hinc ſyndicos id eſt:ſimul iudex qui eandam cauſſam defendit.
¶Et qui a ſingulis vrbibus mittuntur patroni ad tuendam cauſ= ſam vnius prouincie:ſyndicoi dicuntur ſecundum Budeum.

¶Annotatiuncula.

¶Conſtitutio ſyndici debet fieri in loco publico:nō priuato vel ſancto:vt.C.de decurio.l.ij.lib.x.⁊ de legatio.l.penul. Et de prediјs furio.l.ij.ff.de reg.iur.aliud.§.refert.
¶Itez in creatione ſyndici vel actoris debet cōtineri:quis:ad quid:contra quos:⁊ in qua cauſſa:vel cauſſis conſtituatur.ff.de procu.l.ſi procu.
¶Et poteſt reuocari:vi ⁊ procurator.

¶Que obijciantur ſyndico.

¶Primo.

